

GEN

Fid. 208. / B5

A) Pyralis cecis

not A 21-6)

4

SYLLEPSIS

Classica

AUTORUM

Cum ab EPILOGISMO. n.

CHRONOLOG. DISSENTIENTIUM,

Tum cum Eod. CONSENTIENTIUM. illeic

unà cum Argumentor. Principalior. eund.

impugnantium Appositione, heic unà

cum solidæ Eorund. CONFU-

TATIONIS' Oppo-  
sitione.

INTERVALLO SECUNDO


TEMPORIS JNANIS ÆTATIS

PRIORIS MUNDI

VETERIS

*αὐτὸς ἑαυτῶν*

ADIUNCTA.



OLSNÆ SILESIIORUM.

Prælo Bößmessengeriano.

M. DC. VIII.

*Nobilissimis, Clarissimis & Consultissimis Viris;*

Dñ. CHRISTOPHORO RADTMANO

J. U. Doctori, & celeberrimæ Reip. Vratislaviensis Syndico, ac Elect. & Marchion. Brandenburg. & Princip. Lignic. & Brig. Consiliario, Domino in Catharin. &c.

Nec non.

Dñ. CHRISTOPHORO HENSCHERO

J. U. Doctori, itidèm Reip. Vratislaviensis Syndico ac Ducatus ejusd. Pro-Cancellario, &c.

*Dominis & Fautorib. s. colendissimis S.*

**J**Tà, Nobiliss. Clarissimi & Consultissimi Viri; Res se habet Chronologica, ut dubia passim & incerta appareat, tamen et si per se, (quippe q̄ Arithmetica operatione perficitur) firma sit & vera Historiar. temporum numeris disposita. Scientia. Scriptorib. namq; aut necessarijs Requisitis non satis instructis, aut Historicis ipsis eadem eod. modò referentib. falsò reconciliatis, aut alijs Notandi & Componendi rationib. alijs insistentib., &c. ACCIDIT ut Discrepantiâ Chronologor. hinc indè obortâ manca ipsa & incerta habita in Reb. gestis Veritatem memoriæ proderè non videatur. Proindè Ego quidèm in hoc Speculo Chronologico in id, quantum potui, incubui, ut nò solùm Articulos passim eminentiores firmis Notationis ac Cõpositionis sive Synthesos, qb. cõjunctim Chronologiæ tela absolvitur, Rationib. haud parvò negotiò cõmunirem, verùm etiã ab Epilogis nostris Dissententiũ primùm Catalogum Classib. singulatim constitutis, unã, cum qb. sdam argumentis eor. nos oppugnantib. apponerem. Deindè v. ne talib. destitui prorsus videremur, Nobiscũ Sententiũ Classicam quand. Seriem unã cum Confutatione illor. ex Recta Ratione deprõta opponerem, quò & balbucinantũ lapsu demonstratò achyron illud opinionũ diversar. caderet; nostra v. detectis, qb. illæ vestitæ prostant, caducis, invictã q. fidem mereretur. Sunt. n. in hac Structura cardines qdam, quor. tuta nisi ponatur versura facilè ea tota corrui. Ejusmodi sunt Diluvij Principium & Finis, Natalis in primis ABRAMI, & 430 Annor. Peregrinationis Ischraëliticæ, INITIUM, pro quib. Dissententium Synathræsi edere Syntexin & opus & labor est. Vobis igitur, Consultissimi VIRI, qui lites dijudicare soletis, hanc & Auctorum & Rationum Syllepsin, offero & dedico, ut qui causã ceciderit, pro requiete fortè vestra per Rempubicã concessa dispiciatis, meq. labori insistentem tueamini. Excipite, quaeso, Hanc benevoli Opus Chronologicistoricũ perficienti operam juvate, me amate, & Valet! Dab. ex Musæo nostro Namijslav. X V I. Cal. Xbr. An. Ch. M. DC. V III.

*Nobilit. & Excel. Vrr.*

*Observantiss.*

JACOB. GÜNTHERUS<sup>o</sup> ZÜLCHOVIUS<sup>o</sup>  
Ph. M. Philomathemat.

DISSENTIUNT  
A B  
Epilogismo .n. Chronolog.

I. **J**N DILUVII JNITIO & FINE; præter illos, qui in Fine INTERVALLI antecedentis à Nobis nominati sunt; Ioh. Funccius & L. Krentzheimius in Chronolog. f. & Observationib. Chronologicis, itèm Nicol. Raimar. Urf. de Tempore Ultimi Diei; qui jnitium DILUVII ponunt in An. 1657. Finem v. in An. M. 1658. Joh. Func. in commentario suo hæc habet rationis f. argumenta. I. Quòd certissimum fit in S. Lit. & Regula infallibilis, quòd Ubicunq; Añor. numerus ponitur, ijsq; Menses & Dies Mensis adijciuntur, ibi Sermo de annis completis accipiendus fit. Itaq; cum Scriptura dicat, An. 600 Vitæ Noacchi, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt in ipsâ die omnes fontes, &c. Colligit manifestè indicari Diluvium venissè Anno sexcentesimo primo Noacchi currente, quasi Astronomū egerit Moses. II. Quòd c. 7. Gen. v. 6. dicitur. Eratq; Noacchus sexcentorum añor. cum Diluvij aque inundarunt super Terram. L. Krentzheim eandem Regulam excipit in Observat. Chronol. eamq; probat ex añis Obitus Patrum. quòd scil. ex collectione Annorum Generationis & Annor. Obitus certam Vitæ Summam colligit. Adfert autem hic & alias rationes. I. Quòd in Historia Diluvij mentio fiat 40. dierū & 150 dier. nec nō & Mensiū Septimi & Decimi. quasi integrâ numeratione Tempora Perfecta hæc Exempla referant. II. Quòd Methuschalacch⁹ antè Diluvium aliquot dieb. mortuus sit. Cum esset natus Anno ætatis Adami 687 completo; vixissetq; 969 annos completos. Undè Summa

Lib. 7.  
c. 1. & 9.

Gen. 7.  
v. 17.  
& ult.

Gen 7. producit annos 1656 completos, & sequitur Mensem secundum, quo venit Diluvium ad sequentem annu 1657 pertinere. III. Quod Moses scribit Noacchum fuisse Filivium sexcentorum annor. cum Aqua Diluvij inundarent super Terram, quo manifeste doceatur, Noacchu ante Diluvium complevisse annos aetatis 600 integros.

Obsrv.  
Chron.  
lib.1.c.5.

## II. DE ANNI TEMPORE, quo factum sit DILUVIUM sic nos impugnans Krentzheim.

I. Quo more Gens Iudæa & Moses in reliquis Historiæ libris numerat Menses, eod. & in Historia DILUVII eum Menses ordinare credibile est. At Gens & Moses ipse in reliquis libris numerat Menses à Nisan. Ergò & in Historia DILUVII.

II. Nullibi in Sacra Historia ducitur Numerus Mensu à Thifri, aut ubiq. à Nisan. Ergò nec heic à Tischeiri, sed à Nisan ducendus est. Et per consequens Mensis Secundus quò sit Principium DILUVII & Exitus ex Arca seu Finis DILUVII est Secundus à Nisan.

lib.16.  
c.25. III. Quo Tempore Olea germinat, eò ramum Oleæ columba emissa reportavit. At Olea paulò ante Solstitium vel circa Solstitium germinat, nam paulò post illud floret teste Plinio. Ergò circa Solstitium & non in Autumno ex Arca Diluvij emissa columba est, & per consequens nec in Autumno fuit Diluvium.

## III. IN GENEALOGIA ARPHASCHAD. & SCHELACCHI, &c.

1. Biblia 70 INTERPRETUM, quæ habent; Arphachschad genuit Kainan, Kainan genuit Schelacchi. (pretes)
2. Vulgata D. Lucae Evangelistæ Versio, idem repetens secundum Interpretum.
3. Marianus Scorus, Theologus, Mathematicus, Poëta, Philosophus & Historicus, Clarissimus, Monachus Fuldenfis, qui floruit circa Annu Christi 1087. Hic quoq. inter Arphachschad. Filium Schemi & Schelacchum filium Arphachschadi inserit Kainan quasi Filium illius & hujus Patrem. Præterdit v. hac in re. Evangelicæ Veritatis autoritatem, quæ 70. Interpretum Translationem videtur approbare.

## IV. IN ANNIS Nativitatis ARPHACHSCHADI, SCHELACCHI, EBERI, PELEGI, REBU, Serug, &c.

I. J. Funceius in Chronolog. ad an. j. nostram supputat. superans propter Diluvij irruentis translationem in An. M. 1657 & finis ejusd. in 1658.

II. D. David Chytraeus in Chron. III. Gu. Perkinsus in Digesto Biblior. ad an. i. min. supputas ex Notatione Nativitat. Arphachschadi in An M 1658 de qua Vide supra. IV. Nic. Raym. Ursus Tract. de fias M. infant.

V. Ja

V. Jn SEPARATIONE DIVISIONIS Terræ &  
DISPERSIONIS Populi cum Ædificatione Urbis  
& Turris Babel - Qui intervallum Ponunt Año. XXX.

I. Abr. Bucholcer. in Indice Chronologico. II. L. Krentzh. in Chron:  
& Observat. Chronolog. Hi n. conjungunt Partitionem Terræ cum Turri &  
Coniunctione Linguar ac Dispersione Centium. Licet præterea Regnum Nim-  
rodi nobis seponant in an. seq. 30 juxta Berofum.

VI. Jn JNITIIS MONARCHIÆ ASSYRIOR.  
& REGNI NIMRODI, quo ad Años Mundi notand.

I. Berofus. quatenus Regnū Babylonicum Orditur ab egressu Noacchi ex J. Func.  
Arca. II. Eusebius. Vide lat. ap. L. Krentzh. Obser. Chron. lib. 2. c. 2. §. 2. Chr. I. I.

VII. Jn Definitione DEMOCRATIÆ & MO-  
NARCHIÆ Babylonica.

BEROSUS. qui Nimrodum assumtō Filiō Jove Belo cum Colonis suratis  
Ripuales Jovis Sacerdotis statim cum Populo scribit venisse in Campū Schin-  
nehhar tanquam Ducem & Designatorem Urbis; contra Scripturam S.

VIII. Jn ANNIS Regni NIMRODI & Initij  
BELI Successoris?

Abr. Bucholcer. BELI Regnum incoans ab An. 1843. annos Nimrodi ad  
Belum 56 incompletè sumens.

IX. Jn Annis à DILUVIO ad NINUM.

M. Aur. Cassiodorus. ponens annos 899. cum sint tantum an. 250.

X. Jn Annis Regni BELI ad NINUM.

I. Eusebius in Præfat. Chronol. II. D. Augustin. III. Ab Euchol. in  
Indice. IV. L. Krentzh. Obser. Chron. l. 3. c. 1. §. 3.

XI. Jn Tempore Cchamesenui seu Zorastis cœssi.

I. Diodorus. II. Justinus. III. Orosius. Qui necem illius ascribunt  
Nino Patri Ninie. IV. Val. Müncer. in Chronograph. ætat. secunda.

XII. JN NATALI ABRAMI. jtem Sarai. ET HINC  
DEDUCTA TEMPORIS CONTINUITATE.

I. Philo Jud. à Diluvio ad Nat. Abr. numerans 292.  
II. Josephus Historicus totidem numerans lib. 1. cap 5.  
III. Orosius in an. 43. Nini. h. e. ætat. Theracch. 70.  
IV. LXX. Interpretes in An. à Diluv. 1072:  
V. Rabbi Salomon. Vide Luth. Enar. Gen. cap. 11.  
VI. Eusebius in Chronolog. ab Adamo ad Noacch. Colligens An. 942.  
scilicet annum 51. ætat. Abræ copulans cum 41 Jubilæo Mundi, Annos 50  
A 2 pro

Vide L.  
Krétzh.  
Obf. l. r.  
cap. 1.

In Chro.  
& Enar.  
in Gen.  
c. 11. in  
Pr. part.  
polititē.  
c. 22.  
vid. reg.  
Cocord.  
in Enar.  
Gen.

pro Iubilæo uno numerando. Itē anni promissionis repetitæ 425 copulans cum Iubilæi quinquagēsimi Principio; sicq; Natal. Abræ in 70 æt. Teracchi & 43 Nini, 22 Europis & 1 Dinaltie XVI. Egypt. q̄ est Thebæor. referens.

VII. Nicephorus in An. à Diluv. 1032. dissentiens ab omnib; à Nob. an. 720. VIII. Jldorus Hispan. Episc. Hispal. in An. M. 3184. ponens N. Abræ nostrā supput. superans annis 1175.

IX. Marian. Scotus ponens N. Abr. in An. 522. à Diluvio.

X. Beda p̄sbiter ut Philo & Eusebius años 202 à Dil. ad N. Ab. numerās.

XI. M. Lutherus Mosen in Chronologia studio omisisse 60 años propter extremum Diem commentans, quò Abramum migrasse ex Haran demortuò ibi jam Patre Scriptura affirmare videatur: Quippè qui concedens Abramū non primogenitum sed natu. minimum fuisse Conciliationis Regulā positā Verbum Vajjōlet exponendum esse vult p̄ plusquā perfectū, Et GENUERAT, q. d. Moses, Teracchum cum VIXISSE T años 70 jam tūm genuisse Abramū, Nacchorem & Haranem. Ut sensus sit antè 70 ætat. eum genuisse Filios donec 70 gigneret Abramum.

XII. Theodor Bibliander cod. m. XIII. Gilbert. Genebrards cod. m.

XIV. Philip. Melanthon in Chronolog. Car. juxtā Philon.

XV. Sulpitius Severus in Hist. sacr. secutus ferè LXX. Interp.

XVI. J. Func. in Chron. in An. M. 1950 pon. N. A. XVII. Abr. Buchole. in Isagog. & ind. Chron. Nat. Abr. pon. in An. M. 1949. Sarai in An. M. 1959.

XVIII. D. Chytræus in An. M. 1948. XIX. Gerhardus Mercator Math. Historic. & Chosmographus. XX. Gu. Santphurd de Confer. Ecclesiæ.

XXI. Gu. Perkinsus in Digesto Biblior. XXII. L. Krentheim à Diluvio ad Nat. Abrami cum plurib. p̄dictis colligens an. 292. statuensq; Abramum natum an. 70 ætat. Teracchi.

**Quotquot v. 70 annò atav. Teracchi Abramum natum esse statuunt, his potissimum nituntur argumentis.**

Gen. 11.  
v. 20.  
A. Buch.  
L. Crétz.

**Primum. Quòd Scriptura expressè Nativitatē Abrahæ cum 70 Theracchi copulet.**

II. Quòd Philo & Josephus antiquissimi Scriptores suffragentur, quos Eusebius & Beda & alij sequantur.

III. Quòd pleriq; Patres à Diluvio, deficiente jam Hominum ætate, Filios genuerint circà annum ætat. 30.

IV. Quòd ex S. Biblijs non possit confirmari, quòd Deus Abramum vocavit statim p̄bit Obitum Teracchi nullā interpolita morā. Quòd potuissent aliquor anni Teracchi Obitum & Abrami vocationem intercedere, ut hac ratione ne quidē annus 130 Teracch assignari possit Nativitati Abrahæ, ob tante eò, quòd migrare potuisset Abram annis aliquor à morte Teracchi decursis.

V. Potius ad primum Mandatum Deo Abramum obtemperasse sinè mora, quòd hoc fuerit pietatis ipsius, &c.

VI. Potuissent omitti Septuagēsimi anni consignationem, nisi indè annor. Mundi & Ætatis Abrahæ supputatio colligenda esset.

VII. Sequi-

VII. Sequi Hiattū in continuatione Añor. M. & Mose deducenda añō 130 in textu non expressè positò, ut metuit Ab. Buchole. &c. Oportere igitur certum & fixum esse Principium Añi 75 atq. Abr. cum ab illo dependeat hæc continuatio quæ definit in Jacobo. L: Krentzheim.

VIII. Reliquor: Patriarchar: annos natales assignasse Mosen; ergo nec solius Abræ hæc subticuisse.

IX. Absurdè sic poni à Mose annos majores ignotò primò sive Natali. A: B: aut operosâ ratiocinatione producendò. L. K. Gu. Perkinfus.

X. Abramum postea Miraculum ducere ex se centenariò nasci filium. ergò quom: ipse gigni potuerit anno patris 130?

XI. Veterem Ecclesiam; Augustinum (de Civ. DEI lib: 16. cap: 15.) Bedam, Josephum, Jsidorum Hispalensem Orig: lib: 5. sic sentire.

XII. Objiciat etiam quis. Mandatum ad Abramū Gen: 12. v. 1. Contingere, ut discedat ex Patria sua Mimolà Hò, & discessisse eum cum esset annot. 75 statim mandato obtemperantem.

### Ad Locum D. Stephani pro confirmatione nostræ sententiæ adductum sic inferunt.

J. Examinanda esse Acta Ap. ad Genesin. utp. Originalem Historiæ descriptionem continentem Chronologiam apertam, non Genesin ad Acta.

I. I. Esse aut sphalma graphicum aut opinionem communem vulgi. quasi putarint Judæi tūm temporis, Abramum amore Parentis mansisse in Ceharan, donec moreretur.

III. Stephanum Urbem Chaldæor. nominare Urbem Mesopotamiæ, & Jacobum transfulisse in Ægyptum animas 75 scribere pro 70, de quib. Mofes. Sicq; sphalma sive errorem potius probant & fidem orationi adimunt.

IV. Sanctum Virum non texere ibi Chronologiam, &c: sed tantum repetere summam Historiæ de Vocatione Abrami & de restrictione Promissionis de Messia. Venturo ad ipsius Posteritatem, &c: Præferendam igitur esse Originalem annotationem. L: Krentzh. Obser.

V. Ex Augulino. Duplicem esse Professionem Abræ ex Ceharan in Canaan; alteram antè Mortem Patris, potius ad peregrinationem quam ad habitationem, alteram ad collocationem & fixam habitationem in Canaan; & tantum de hac ultima loqui Stephanum Vocabulo *μετάκισεν* usus, eam se. factam esse post Mortem Patris Teracch.

VJ. Ex Eod. Fieri orationem Stephani per Anticipationem temporis, quâ Mortem Teracchi antè Vocationem Abrami & Exitum ex Ceharan describi existimant.

VII. Ex Eod. *μετάκισεν* nō simpliciter ibi significare finalem aliquam perfectâ peregrinationem Collocationem. Q. d. Stephanus, postquam mortuus est ejus Pater (non exijt de Charras) heic eum collocavit, ut loquitur Augustinus.

VIII. Vocabulum *μετάκισεν* non ad tempus exitus ex Charris, sed ad ultima Vitæ Abrami tempora referendum esse. Quod scil. antè Mortem quidem Tharæ in Canaan fuerit Abraham sed quia vivente Patre alligatus quodam

Gu.  
Perk.  
L: Kre.

quodam modo esset Filius paternæ domui ob pietatem & bonam erga suos affectionem atq; hereditatis expectationem, Charras aliquando (ut credibile sit, tamen non sit scriptum) grandævi Patris se contulerit. Mortuô v. Patre liber & solutus Charris valédixerit, & in ea Terra, quam DEUS promiserat, habitare decreverit omni suâ Substantiâ eô TRANSLATA. Opinio est D. Thadæi Duni Corbacensis. Referente Angelo cratore in prodromo Chr.

- IX. Cum dicit Stephanus *μετ' αποθανειν τον πατερα*. Vocem *μετα* nõ significare pôst sed circà vel sub, ut sit sensus. quòd suo mortem Patris vel circà mortem h. e. ingravescente ætate ejus profectus sit. Idq; Exemplo Salathielis *μετὰ την μετακίεσαν βαβυλωνος* geniti ex Evang. Matth. probari posse exillimatur. Itẽm ex Actis; ubi Apostolus narrat Israëlitis ex Ægypto ductis Terram Canaan esse distributam (*Εμετα ταυτα ως*) & pôstea circiter 450 annis datos ipsis esse Judices usq. ad Samuelem. Hic *μετὰ ταυτα* volunt significare circà vel secundum vel per hæc (scil. tempora) assumtis sc. antecedentibus. ità ut Moses & Josua ex Antecedentibus Temporibus. huc assumantur q. & ipsi Judices sint. aliàs nisi hoc fiat Numerũ Judicum videl. Annor. 450 non haberi in Annis Judicum, eum ibi saltẽm sint à Distributione Terræ anni 349, nec videri in Actis esse *σφαλμα γραφικόν*. Est Opinio hæc Dan. Angelocratoris. Probat a. Mosẽ & Josuam eum fuisse Judices; & proindẽ ab His, non v. à Distributa Terra Canaan Annos Judicũ esse numerandos. Mosẽ egisse Judicem probat ex Exodò per Responsonem Mosi ad Jethronem Socerum. Convenit ad me (populus) ad sciscitandum Act. 7. Oraculum. Si quod est ejs negotium, ad me venit. ego eor. lites dijudico, divinaq. instituta & Leges aperio. Itẽm ex Actis. Sequenti die conspectus est illis litigantibus, & redegit eos in concordiam, dicens. Viri, Fratres estis, cur vos invicem læditis? Josuam probat fuisse Judicem, eò quòd præfuerit, quòd sapiens fuerit, & quòd Moses imposuerit ei manus, ut parerent ei Israëlitæ.

### Ad argumentum, quòd à collatione Schemi Filij

- Gen: 5. Noacchi & Abrami, Filij Teracchi inter se postea sumetur.  
 5. ult. Dn. L. Krentzheim post Augustinum responder, esse dissimilitudinem in Exemplis, Noacchi incipientis gignere filios, Schem Ccham. Japhech. anno 500 ætatis suæ, & Teracchi anno 70 ætat. gignentis filios Abram, Nacchor & Haran. Dissimilitudinem a. demonstrat I. quòd in Annos 500 Noacchi gignere liberos incipientis desinat Chronologia Temporum, & transferatur indẽ ad annos ætatis ejus 600 & 601, propter memorabilem eventum Diluvij, cujus exemplum Deus voluit esse notum omni posteritati. At in Anno 70 Teracchi continuetur Chronologia Temporum usq; ad Jacobum Patriarcham; ratio, quòd Annus ætat. Abrahami centesimus, quo genuit Isaacum, expressẽ notetur Gen. 21. Itẽm Isaac 60, quo genuit Jacobum & Esauum Gen. 25. II. Quòd per Generationem liberor. Noacchi Genealogia Christi continuetur tantum per lineam rectam sicut ap. Matthæũ & Lucam recitatur, sinẽ Temporis & annor. annexa Notatione; demum v. pôst Diluviũ redintegretur temporũ Series per copulam Biennij quo Schem natus annos 100 genuit Arphachschad, ut indẽ fiat continuatio per annos Generationum Patrum, ut habeatur Genealogia Christi usq; ad Jacobum Patri.

Gen: 11.

Patriarcham, à quo rursus saltè per lineam rectam continetur usq; ad Christum. At in Generatione Liberor. Teracch. Genealogia Christi continetur ad eund. terminum unà cum Chronologia & certa Tempor. Notatione.

Horum Omnium Confutationem Consensus Rectæ Rationis singularim suppeditabit infra.

**XIII. JN DIRECTIONE ANNOR. 75 ABRAMI**  
jtem 76 gignentis Jismael; jtem 99 circumcisi  
ejusd. & 13 Jismaëlis Gen. 16. & 17.

L. Krentzh. qui hos annos vult haberi pro completis, propterea quòd Hagar juncta est Abramo Año Peregrinationis completo, Mikkez æser schanim, quò putat omnes illos annos referendos esse.

Obser.  
Chron.  
lib. 6.  
§. 1.

**XIV. JN VOCATIONE & PROFECTIONE**  
ABRAMI ex CCHARAN ac facta PROMISSIONE  
de CHRISTO ad an. 60.

I. Phil. Melanth. in Chronol. post mortem Noacchi numerans annos 16. malè etiam profectioes quar. altera fuit ex Ur, altera ex Ccharan confundens in An. M. 2023.

II. J. Func. in Chronol. III. Abr. Bucholc. in Ind: Chronolog.

IV. Gu. Perkinf. in Dig. Bibl. V. D. Chytræ in Chr. & Dom. xx p. Tr.

VI. Val. Müncer in Chron. VII. Mich. Eyzinger. in Histor. præteriti temp. sub finem.

**XV. JN JNITIO ANNOR. 430. PEREGRINATIONIS**  
Filior. Jfrael.

I. Judaor. Supputatio hor. annor. Initium refer. in 70 ætat. Abræ. II. Ph. Melanth. Chron. Carion. (Niniam) Nini Filium in Babylone Monarchan faciens. III. Gilb. Genebrardus, qui urget textus. Affligent eos 400 annis. & ; Habitatio Filior. Jschrael, quâ manserunt in Ægypto fuerunt 430 anni, &c. quib. conatur evincere Principium hor. annor. sumendum esse non à profectioe Abræ, sed à Descensu Jacobi in Ægyptum. IV. Thad. Dunus, referente Dan. Angeloeratore in prodromo insuper adducens ex N. T. Erit Semen tuum inquilinum, &c. Et premeatur annis 400, item *Δεβήκην ἀποκεκωσμενν*, &c. Lex q̄ post an. 430. cœpit, non irritam facit adjiciens & dubium ex Exod 6. Ubi anni Levi, Filij ejus & Nepotis memorantur expressè, quib. conferendis se torquet.

Gen. 15.  
Exo. 12.

Act. 7.  
Gal. 3.

**XVI. Jn Distantia PROMISSIONIS factæ ac profectio-**  
nis ex Ccharan à Fine DILUVII.

I. M. Lutherus in Supp. privata nostrâ minor est annis 61, habens Distant. à Diluv. an. 367.

B

II. Dav.

Introd.  
Ephem.  
part. 1.  
cap. 1.  
Lib. 1.  
cap. 1.

II. Dav. Origan. Intervallum hor. ponens Itid. 367. Cum nostra Supput. præbeat annos 427. (propè completos; propter perfectionem Biennij Nativitatis Arphachschadi post Diluvium initio Epilogismi assumtam) vel 428 jana incoatione numeri primùm facta.

III. L. Krentzheim. in Observationib. Chronologicis.

## XVII. Jn Tempore CIRCUMCISIONIS & Conflagrationis Sodomæ, &c.

I. Ph. Mel. Chron. Carion. II. Gu. Perkinsus in Digesto Bibliorum.

XVIII. Jn Digestione. 1. Residentia Abrami in Canaan, & 2. Migrationis inde in Ægyptum. 3. Item Reditus ejus cum Lot in Canaan & Promissionis Repetita.

Jn digest.  
Biblior.

Gu. Perkinf. Qui priora duo conjungit Uno in Anno, quæ nos subsequentib. annis distinximus; & 3. Reditum ex Ægypto ejus. cum Lot & Repetitam promissionem in sextum post annum differt.



## SUBSCRIBUNT & astipulantur

Epilogismo .n. Chronolog.

### I. JN JNITIO & FINE DILUVII.

I. *Recta Ratio ex Scriptura S. supra de Diluvio adducta.*

*Contraria .n. rationes facile refutari possunt.*

I. **J**Oh. Funccio Regula sua ex Scriptura declaranda & probanda erat prius, quàm eam certissimam pronuntiaret.

2. Repugnat illi Regulæ Hebræa loquēdi ratio in fontibus admittā, de qua vide supra Rationes Syntheseos in Geneologia. cap. 5. Genes.

3. Contrarium liquidissime monstrat Scriptura. Gen. cap. 7. v. 11. dr. n. Biscbhnat schesch meoth schanà in Anno sexcentesimo Anni; disertè vides orationem in regimine ut vocant Grammatici positam, in Año Anni. Nec aliter Hebræam linguam edoctus hæc interpretari potest.

potest. Ecquid .n. aliud significaret Bischnat Schanã,  
 sive in Anno Anni sive in Anno Annorum vitæ Noacch.  
 quam quod illud Bischnat, in Anno, annum aliquem  
 currentē referat. Veluti eod. Versu dictio Becchodesch  
 nō significat mensem præterlapsū sed tūm currentem,  
 & beschiphga aser jom non significat præterlapsū,  
 diem 17. sed currentem, unde repetitur lacchodesch  
 Mensis scilicet de quo dicebatur, secundi concluditurq;  
 in be-jom hazze, in Die illo ipso. Ac sanè eodem modo  
 dicitur in Año añorú Vitæ, uti heic & alibi, in Die 17 &ç:  
 Mensis. Hic dies, istheic Annus, labens. Quin etiã re-  
 stringitur hic Annus, & dicitur, sexcentorum annorum  
 annus hoc est, Añus sexcentessimus, cursū scilicet præ-  
 sentis Temporis continens. De quibus etiã suprà in  
 Speculo primi seculi sive primi intervalli monuimus,  
 cum Ministeriū Noacchi &ç: & porro DILUVIUM in-  
 gruens NOTAREMUS. Non igitur Astronomicam vel  
 Mathematicam istam Notationem, cujus calculus com-  
 pletum semper & præterlapsū tempus sibi proponit,  
 Moses usurpavit. adeoq; incerta, imò falsa est Regula,  
 & vulgaris loquēdi ratio apud Historicū acceptanda est.

4. De Oratione vers. 6. cap. 7. Eratq; Noacch 600 an. &ç.  
 Vide Speculum Intervalli antecedentis Rat. Synthes. 1.  
 de Genealog. c. 5. Gen. Item Rat. Notat. 2. pro Minister.  
 Noacchi & Generatione Filiorum ejus. Quin imò mani-  
 festum est Textum subsequētem v. 11. explicare præce-  
 dentem v. 6: absōnum verò à ratione est orationem se-  
 quentem per priorem, evidentem per obscuriorem in-  
 terpretari. Evidentissimus autem est Versus 11. ut modò  
 demonstravimus, supràq; Rat. Notat. 1. de Ministerio  
 Noacchi, jtem Notat. Obitus Methuschalach & jrruen-  
 tis Diluvij monuimus.

5. Dn. Krentzheimio respōdemus ex 1. & 3. Rationib<sup>o</sup>  
 Syntheseos Libro Generationum. cap. 5. Gen. suprà in

Intervall. 1. appositis. 1. Mosen non annos suputasse primo, sed historiam Generationis consuetudine & sermonis formâ communi enarrasse: sicq; collegisse nõ Arithmeticè sed vulgatâ locutione superadjectâ reliquâ annorum Vitæ summâ post Generationem, Annum Generationis imperfectum integræ numerationi includendo. Non quod indè perfectus fiat Annus Generationis, sed quod hunc annum pro uno ac sic pro certo & uno positum. reliquus annorum numerus certus consecutus sit. 2. Neq; etiã unâ eademq; loquendi ratione utrobq; utitur Moses, sed aliã in annis Generationũ, aliã in annis obitus, ut videre est suprã ex Rationibus nostræ Syntheseos; falsò igitur eãdem ratione diverforum fieret rùm additio rùm collectio.

*Reliquas rationes sic revellimus.*

1. In diebus 40. & 150. Diluvij continuata Duratio manifesta est, ut docuim⁹ Ratione Syntheseos prima pro incoatione & Duratione Diluvij in Speculo intervalli primi. in Annis Generationũ idem manifestũ non est, ut docetur Rat. Synth. primã & secundã de Genealog. c. 5. Genes. nec in textu Diluvij ingruentis. ubi contrarium dici suprã demonstravimus. De Mensibus Septimo & Decimo Textus est Clarissimus Gen. 8. ̄. 4. & 5. Vatta noach hattebah beechodesch hafchschebbihhl besehibbhha hbxæfer jdm. lachodesch, &c: & quiescebat Arca in Mense septimo in septimo decimo Mensis super Montem Ararat. & V. 5. Vehammãm hajuhaldch vecchaforim ad hacchodesch hahhesiri bešfiri beacchad hacchodesch niru rafchei heharim. Et Aquæ erant ambulando & deficiendo usq; ad Mensẽ decimum; in Decimo, in primo Mensis illius cernebãtur capita montium. Ecquis clarius loqui posset Mose lingvã sanctã his de rebus locutõ. in Mense septimo dicit, profectõ non præterlapsõ, sed currente, in septimo decimo Mensis illius. de quo scilicet illud In usurpabatur. & ̄. 5. hhud hacchodesch inquit, instando futurum, non præterlapsum Mensẽ innuens decimum: rursus in Decimo scilicet Mense jam incoato; rursus in decimo die hujus Mensis: certè non nisi de incompletis ac currentibus Temporibus cùm Mensium tum Dierum hæc possunt intelligi. Quare illis ipsis exemplis ratio nostra numerandi non subvertitur sed confirmatur: neq; ideo sumã annorum ab initio Mundi adjiciendus est añus unus, cum non completus sed incoatus & currens nostra ratione fuerit sexcentismus ætat. Nox, quo prætergressõ & incoatõ sexcentisimõ primõ egressus est ex Arca.

2. Regulam & Funcci, & Krentzheimij, aut si qui alij pro verã eam recipiunt, falsam esse antea demonstravimus. Ergõ annos ætat. Adami

Adami 687. nō agnosimus pro completis juxtā Syntheseos nostræ Regulæ omnium primam de Genealogia cap. 5. Gen. quam adduximus etiā in Ratione Synthes. pro Ad Notatione Obitus Methufchalacchi suprā suo in loco: At integrum manet & Nobis Methufchalacchum paulū antē Diluviū diem obijisse juxtā Rationem eandem.

3. Scriptura Gen. 7. ʒ. 6. à nostris est partibus. Namq; Vocabulō Ben sive Filij platicum Tempus notari, sive id completum excedat sive, quod usitatissimum, eō minus sit, suprā in Ratione NOTATIONIS pro Ministerio Noacchi, Fabricatione Arcæ & Filiorum ejus generatione ex Versu ult. cap. 5. & ex ipso ʒ. 6. c. 7. probavimus. Exemplum planissimum habetur Gen. 17: ʒ. 12. ubi & c. Ben Schemonōth jamim Filius 8. dierum jubetur circumcidī eādē Lingvæ S. phrafi. Atq; Circūcisio non facta est elapsō & completō die octavō scilicet Die nono incoato sed in ipso Die octavo currente Levit. 12. ʒ. 3. Bejōm hafschchemoni & Luc. 1. ʒ. 59. *εν τῇ ἑβδομῆ ἡμέρᾳ.* Undē Luce meridianā clarius est in hoc ipso tempus completō minus, hoc est, adhuc labens & currens significari & eū istam Rationem Notationis tūm ea quæ paulō antē de Regula J. Funccij *αποφαλικώς* proposuimus satis superque stabiliri.

11. Josephus Judæus, in quo Collectio annor. ponitur expressē. modō quod vel Versionis vel scriptionis vitio binarius scribitur pro Unitate, sc. 2656 pro 1656, sicut & in reliquo textu licet animadvertere interdū unitatem interdū nullitatem scriptionis vitio esse appositam. Undē Vitiōsitas Exemplaria sive numeror. Ab Interprete congestor. manifestō apparet. Quinimō præsumitur heic Consensus Josephi, eō quod in Annis Vitæ Patrum maxima ex parte eundem cum Scriptura S. conservat numerum.

## II. De Anni Tempore, quō factum Diluvium.

Respondem. Dn. Krentzheimio majorem Syllōgismi in prima argumentatione falsam esse. Primū n. quoad Mosē novā atq; alienam à priore numerandi rationem, quā à Nisan Annus incoatur, esse, adeōq; antē Paschæ institutionem & Egressum Israēlitar. ex Ægypto aliam fuisse probat singulare Mandatum, & recenti solennitate introducta pro Eo Tempore Numerandi Ratio Exod. 12. ʒ. 2. Quod v. patet maximē, cum non diversas Versiones Bibliici Textus, licet idem sentiant, sed Fontes inspiciamus. Versio Dn. D. Lutheri Germanica habet, *Dieser Mond soll bey Euch der Erste Mond sein / vnd von ihm sollt ihr die Mond des Jahrs anheben /* sanē sensu quoad Orationem legitimo. at quō ad Verba Hebraice loquitur Mosēs multō significantiūs. *Hajōdesh hazzeh lachēm Rosch Chodaschim Rischōn hu' lachem locchodschei hafschchanāh.* Mensis iste Vobis (sit) caput (principium) Mensium, Primus hic (sit) Vobis Mensium Anni. Ubi videmus Mosi à Deo jam tūm recens & de novo constitui certum (aliud) Caput seu Principium Mensium, noviterq; Primum aliquod in eo Capite seu Principio Mensium Mensium Anni, quem jam aliter ac priscis seculis factum fuerat, numerari volebat Deus, indigitari. Cujus Principij institutio Nova fuisset suæ vacanea, si idem antē nec aliud præter illud vulgare fuisset. Neq; à particu-

culari ad Universale, à priorib. ad posteriora & cōtrā æqualiter agendo valet consequentia. potuit .n. intervenire mutatio, præsertim illo tempore, quò Deus liberrimè agens cum Populo per Moysen ipsum Annalium Scriptorem ageret coram; sicuti accidisse Locus hic Exodi ostendit. Cæterum nec sinè Tempor. ac Naturæ Confusione nec Doctrinæ ratione non insulsum fuisset, Moysen Diluvium, quod non modò Ischraëlitas sed omnes Homines spectabat, tradere eâ, quæ nondum tùm fuerat, quâq; longè post Exitum Ischraëlitæ, aliâq; Res Ecclesiasticæ seorsum specialiterq; notandæ veniebant, ratione, idq; sinè commonefactione & distinctione manifesta. Imò v. credibilis est, Moysen ab initio communi Gentis modò & ejus Seculi Numeratione Temporis Historiam conscripsisse, usq. dùm singularis illa Anni novitas in Exitu ad tantæ Rei memoriam porrò pro Historica Ecclesiæ Numeratione ab ipso JeHoVan induceretur. Proindè secundò, quòdam Gentem, liquet, quòd ea & in Sacris libris Annum, præter illum à Nisan incòando recens introductum & historicè receptum, alium quoq. usq. teneat, uti Exod. 23. §. 16. apparet, ubi Zeth schanah Exitus Anni dicitur Tempus, quò coagmentantur Parta Hominum ab Agro, quod Universali Muudi ratione sit in Autumno. At Fini unius contiguum est Principium alterius, quemadmodum idem quoq. Vocabulum Primum quoq. rei Exitum sive Originem continet, uti passim h. m. Zeth sive Mozath usurpatum reperitur. Reçdè itaq; Principium quoq; Anni in illiusmodi Politicis vel Civilib. Genti Ischraëliticæ ibid. familiari usu numeratum fuisse colligitur. Neq; .n. heic convenit ratio, quâ Exitum Anni

**T U M.** vocari heic dicunt, quòd tùm cessabant operæ rusticæ, & omnes fructus col. Enar. in lecti erant & deportati domum. Illud .n. J N C O L L E G I S S E Te Opera Gen. de tua de agro, non respicit ad bezath schanah, in Exitu Anni, sed ad Verba Temp. antecedentia, quib. dicitur Cohag haaseph Festum collectionis, quòd per illam Exitus Anni monitionem ad certum tempus resignitur & sine anni determinatur. prout hæc expositio è priori præcedentis orationis parte satis monstratur, ubi Festum Azymor. & Azymorum cibatio reciprocum invicem habent respectum, & mense Abhib, certo videl. tempore, circumscribuntur. Quin imò nostra sententia modò de Exitu Anni prolata luce meridiana clarior sit ex cap. 34. Exod. quod idem Festum in ipsam circulearem revolutionè Anni ponit his Verbis manifestissimis Vecchag haasiph tekuphat hasechanah, Et Festum Collectionis circularis Revolutionis Anni, quod ipse D. Lutherus commodissimè reddit. **Das Fest der Einsamlung/ wans Jahr ymb ist.**

Circularis a. Revolutio est, ubi finis & principium in idem punctum originis reducuntur, eâ quâ sit circumductione Peripheria Circuli. Adèd ut ex his bifaria manifestè appareat Anni Ratio apud Gentem Ischraëliticam, nec ab ipso Krentzheimio ideò negari possit, in Mose duo Anni principia probè ex primi. Tribuitur autem huic Civili Principio à Mose Mensis septimus Anni Ecclesiastici seu Historici, Levit. 23. Cæterum Minor propositio ipsa ad Majorè malè applicatur, cum Annus Historicus priusquam esset introductus ad Diluvium longè antè factum nullam habeat rationem; quandoquidem tùm eam potius Gens observasse videtur, quæ antè Introductionem Principij Anni Historici (Exod. 12. §. 2.) fuit & quam postea nec Moses ipse in Civilib. ad Sacra reducendis negligit (ibid. c. 23. §. 15. & cap. 34. §. 22.) id quòd hætenò demonstravimus. Hinc itaq; ruit prior illa argumentatio. Ad

Observ.  
CHRON.  
lib. 1. c. 2  
propè finem.

### Ad Secundam Ratiocinationem Resp. Et si Mensium

Ordo in Libris Sacris ducatur ut plurimum à Nisan, fit tamen hoc saltem post introductam Novitatem Mensium & Anni Exodici, nec fit causa ob quam antè eam non aliter numerati & ducti sint. Potuit .n. videre Moses sapientissimus, quanta cum Confusione Rer. gestar. non scriberet unum quodq; sui Temporis usu & calculò absq; ulla diversitatis notione. Deindè post introductã aliam in Exodo calculi Anni rationem ideò Menses à Nisan plerunq. in Libris Sacris ducti sunt, quòd hi Res præcipuè tractant sacras utp. Caremonias Mosaicas, Regum aut Magistratum ordinationes, Regnorum Mutationes & Festa, quæ plurimum à Verno tempore usq. ad Autumnale Æquinoctium peragebant, idq; ad Rerum in Ecclesia Dei actar. memoriam. Act. 7.  
ÿ. 12.

Ecclesiastica jure quodam Anni Historici Annaliumq. Ecclesiasticarum. Luther.  
Enar. in  
Gen.

### Tertio. Neq; tamen non civili etiam numeratione

Menses in Civilib. negotijs numerasse indè usq; etiam à Diluvij tempore, licet eod. ordine & denominatione factum id concedimus. Dato .n. Fine & Capite seu Principio alio, alioq; ab illo Circuitu ab Exitu & Recursu, quem supra satis probavimus, Anni. necessariò datur etiam alius qui dicatur Primus, Secundus, tertius Mensis. Atq; etiam nec Usus defuit. namq; & Moses ipse suo tempore Festum collectionis isti Terminò Anni Civilis alligat Exod. 23. & 34. Et idem etiam Principium Anni retinet Levit. 25. ÿ. 9. JeHoVah in Institutione Anni Sabbathici Levit. 25. ÿ. 6. & Jubilæi ibid. ÿ. 10. 11. quia ad Res civiles pertinebant, & familias singulas, Rem familiarem, Oeconomiam, Bona & Alimoniam ejusvis Hominis atq; Contractus invicem factos respiciebant V. 4. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 13. Ità ut omninò hac in re Josepho antiquissimo & communi Judæor. consuetudini ista institutio nò modò non repugnet, sed eam potius confirmet. Krenth.  
Observ.  
lib. 1. c. 8

### Ad tertiam objectionem Resp. Germen Oleæ à Columba

allatum impugnat magis Sententiam, Diluviù in Mensem secundum à Nisan ponentem. Ità enim & Virgiliarum ortus & flos Oleæ longius post Solstitium atq; in Octobrim vel potius Novembrim veniet contrà Experimentiã & ipsum Pliniù, qui vult florere Vitem Solstitiò & Oleam paulò serius cum Vergiliar. fere exortu. Pro nobis autem ramus ille Oleæ facit, quod & D. Lutherus fatetur. Quandoquidem Undecimus Mensis, quo allatus est ramus iste, Zith téreph, Olea in abscerpto ramo cum fructu, qui flores cõcipitur (hoc .n. significatur locutione Hebræa illà) nostro calculò, Mensis Julio respondet, quem paulò anteverit Solstitiù, quod consequuntur florentissimi Rami cum Vitium tum Oleæ aut florib. & mox ipsis fructibus præditi. quæ & in nostris regionib. floret cum F. Johannis B. vel proximi mensis dieb. post. Sed & quod addit Lutherus Oleam, ut buxum, abietem, pinum, cedrum, laurum, palmam, perpetuò florere, idq; ad obtinendam contrariã opinionem, illud æquè pro nostra facit, sive illud etiam non propè montes Armeniæ Ararat aut frigidum Asiæ minoris Caucasum vel Taurum sed ad jmaum summum illum Indiæ fervidioris montem acciderit. Tum .n. pari modò in Julio atq; in Octobri vel Novembri Florentem Oleæ Ramù Columbam potuisse adferre manifestissimum est. Sicq; nihil omninò tres istæ rationes Sententiæ nostræ officiant. Enar. in  
Gen.

III. JN GENEALOGIA ARPHACHAS CHADI  
& SCHELACCHI, &c.

- V. 12. 13. 1. S. Biblia in Fontibus Hebræis Gen. c. 11. Et Arphach-  
schad vivebat quinq; & 30. años & gignebat Schelacch.  
V. 18. & I. Chron. I. Arphachschad. genuit Schelacch.  
Cap. 14. 2. Josephus Iudæus lib. I. Hebrum Salæ & hunc Ar-  
phaxado subordinans. 3. Epiphanius. 4. Ioh. Funcci.  
5. Abr. Buchol. 6. L. Krentzheim.

*Ad dissentientium argumenta quidam seq. m. respondent.*

- I. LXX. Interpretum Translationem plurimis in locis  
esse falsam ac depravatam, & posse demonstrari ex  
Gen. cap. 11. & 5. ubi aliquot centenarij annor. ataribus  
Patrum citrà Hebraicam Veritatem añotantur, idemq;  
heic fortè accidisse. quantumq; in alijs ferijs, tantum &  
heic isti Translationi tribuèdum. Verùm vix verisimile  
est tot Viros, etiàm quomocunq; vel mediocriter sal-  
tèm Līgvæ sanctæ peritos (fatemur. n. cum Luthero,  
Enar. Gen. c. 4. eos nō ubiq; satis instructos pro magnitudine cepti la-  
boris fuisse) utut in intricatiorib<sup>9</sup> contingere id potuit,  
in tam manifesto & plano textu labi potuisse, aut ipsis  
relegantib<sup>9</sup> haud apparuisse in Versione superfluum.  
Potius hoc cogitare quis posset, ipsis nimirum alia fuisse  
Biblior. Exemplaria, quàm quæ nos à Iudæis ipsis rece-  
pimus. Verùm obstat huic opinioni. 1. continuus Usus  
nostratum Exemplarium, quem nec antè LXX. Inter-  
pretes nec cum ijs, nec post eos alior. Exemplarium  
Usus interrupisse legitur. 2. Ioseph<sup>9</sup> Iudæus ipse, Histo-  
ricus antiquissimus, qui ex nostrate Biblior. Textu hanc  
Genealogiam Schelacchi recitat. Statuimus igitur Ver-  
sionem illam, quæ dicitur, non esse hoc in loco LXX.  
Interpretum, mentem nostram aperituri paulò post.  
Antiq. lib. I. cap. 14. J. Func. in com- ment.  
II. S. Lucam vulgare suo tempore ad vitandum scan-  
dalum imitatum esse. Verùm nos Genealogiam istam  
S. Lucæ

S. Lucae ad articulum Fidei, qui est de incarnatione Salvatoris, adeoq; ad Evangelicam Veritatem omnino pertinere credimus. Quippe quum notum sit vel hinc Iulianum illum Apostatam occasionem blasphemadi assumpsisse, quod videretur ipsi hac Genealogia esse imperfecta, confusa & sibi ipsi collata cum S. Matthaei, qui & ipse Evangelista, computo non constans; Proindeq; S. Lucas aut Veritatem Historiae Mosaeicae, qui fidem praebere narrationi suae debeat, sponte suppressisse, aut Scandalum Populi tam eminenti necessarioq; Testimonio prae tulisse; sicq; aut infidelis aut meticulosus nimis videretur, quorum utrumq; de Evangelista S. Spiritus virtute pleno nobis affirmare religio est. Imò utriusq; Sacrar. Literar. Libri Veritas, per reciprocam sui ipsius *αντιλογίαν*, Fidesq; ipsa Evangelica haud mediocre damnum faceret.

III. Mariano Scoto respondet L. Krentzheim. 1. Genealogiam hanc D. Lucae non pertinere ad Evangelicam Veritatem; ab hujus igitur autoritate heic non esse argumentandum. Verum antecedens nobis minimè probatur, uti jam monuimus. 2. Incertitudinem supputationis inde manifestam fieri, quod L X X. Interpretum translationem cum Hebraica Veritate intempestivè Scotus permisceat, id quod bene moneri heic attestamur..

*Nos breviter sic respondemus.*

I. Quoad Biblia L X X. Interpr. Translationem illam simpliciter non esse L X X. Interpretum, sed aut negligentia librarior. corruptam aut Scribae cujusd. oscitantia depravatam. Nec displicet nobis modus, quo id fieri potuisse monet J. Funccius in comment. Chronol. quem similitudo sententiae, quae bis iisdem verbis ponitur de Arphaxad & Kainan videtur admittere. Scilicet ut Scriba oscitanter scribens peregrinantib. fortè cogitationibus in animo habuerit nomen Kainan, quo semel

C

posito,

Tom. 1.  
lib. 2.  
pag. 139.  
Hæres. 55

De Civ.  
DEI lib.  
15. c. 13.

posito, sententiam ipsius. Verbis repetens, posuerit Salah. Qui error primùm non adnìmadversus in multa exemplaria transfusus, fidem meruit. Irrepissè autem mentionem illam superfluam, tam in istam Translationem, quàm in Lucam aliundè quàm ab ipsis interpretib. nec hanc esse Veram Translationem; fuisse v. Veriorem colligi potest ex Epiphano Cyprio, qui recitans seriem Patrum ab Abrahamo in antecedentia usq. ad Schemù, in omnib. sequitur Translationem LXX. Interpret. & nullam tamen Káinan mentionem faciens ità simpliciter scribit. Sala genuit Heber añum agens 130, Arphachschad natus 135 annos genuit Sala, Sem a. anno 100 genuit Arphachschad. Dein. 2. ut tutissimum obtineam<sup>9</sup>, Series Temporum h. l. ex Hebræo fonte haurienda est secund. illud Augustini. Cùm diversũ aliquid in utriusq. codicib<sup>9</sup> invenitur, quandoquidem ad fidem rer. gestar. utrunq; esse potest verum; ei lingvæ potiùs credatur, undè est in aliam per interpretes facta translatio.

II. Textum in Luca illum non esse ipsius D. Lucæ sed adjectitiũ & aliundè Introductum, quò nec LXX verè hunc Genealogiæ ordinem habuerint, neq; usq. sit aut unquam fuerit reperta alia à nostro Bibliorum Codice Veteris Testamenti Scriptura, ut patet ex superiorib. Nec displicet etiam conjectura heic J. Funccij, Sciolum quendam dephendentè aliquãdò B. Lucã Káinan omisissè, hunc restituisse ex vulgari codice Mosis depravato.

III. Hanc depravationem quò nò attenderet Marian. Scotus in erroneam computationis viam deductus est.

#### IV. IN ANNIS NATIVITATIS ARPHACHSCHAD. SCHELACCH. EBER. PELEG. REHHU, &c.

I. Sac. Scriptura juxtà Rat. suprà in Spec. tradit.

II. Abr. Bucholcer. In Indice Chron. Caussa erroris Dissidentium suprà in Dissensu N. IV. addita est, quæ eund. refutat.

V. IN

V. JN SEPARATIONE Divisionis Terræ & DISPERSIONIS Populi in suas partes per Confusionem Lingvar.

I. Moses juxtâ Rat. Synth. suprâ datam, quæ dissentientes refutat. Vide in *In Gen. Spec.* II. Berofus. III. M. Luth. Enar. in Gen. c. 10. IV. J. Funcc. In Chronol. V. Staphylus. Cujus sententia tamen carpitur ab ipso Func. In Comment. Chron. An. M. 1759. VI. Guil. Perkinfus in Digetto.

VI. JN JNITIO MONARCHIÆ ASSYRIOR. & Regni Nimrodi in Annis Mundi.

I. Moses; secundum Rationem cum Notationis tum Synthesis suprâ de *Vide. L. Notatione Regni Babylonici, itemq. Tyrannidis Nimrodi &c: rectè declarata, quâ dissentientes refutantur.* II. Scriptores prophani; Berofus, Metallenes, Fab. Pictor de Aureo Sec. Cato de Originib. (qui annum à Sal. ab *Krétzh. Observ. Chr. l. 2. c. 2. §. 3.* Aquis 131 hujus Regni Initio adscribunt.) cum eidem proximam à S. Script. *c. 2. §. 3.* mereantur. III. Eusebius. IV. J. Func. In Chron. V. Abr. Bucholc. VI. Gu. Perkinf. (ubiq; ferè à nob. ad an. I. deficiens, sic & ab his propter *vacillantē Notationem Nativ. Arphachschd. ut suprâ.) VII. L. Krentzh. Observat. Chronolog.*

VII. Jn Definit. & Jnitio REGNI DEMOCRATICI BABILON. Assyrior. quod 30 annis prius MONARCHIÀ eor. ponimus.

I. Moses. Gen. 11. v. 2. Ex quo Democratiam Babylonicam priorem Monarchiâ Nimrodi fuisse probavimus, undè refutatur Berofus. II. Joh. Func. In Chronolog. f. 10.

Jn Principio MONARCHIÆ Assyrior. factò & deducto à Regno NIMRODI.

I. S. Scriptura. nam quæ ea 4. saltèm agnoscat Monarchias Mundi, primam certè Nimrodo tribuit Gen. 10. v. 8. qui primus dicitur Gèbher baárez post Diluvium. Ut ut. n. Ninus primus statuitur Monarcha Assyrior. à plurimis; fons tamen & Origo hujus est Regnum Nimrodi teste *Scripturâ Gen. 10. v. 11. nam inde exivit Assur Ninus mutans Imperium & armis Regnum amplificans.* II. Berofus Populum Babylonicum primum *Lib. 4.* in Orbè & Nimrodi Regnum Regnum Regnorum vocans. III. M. Luth. in Gen. c. 10. IV. Abr. Bucholc. V. L. Krentzh. Observ. Chron. lib. 3. c. 1. §. 2. 3. VI. Gu. Perkinf. in Digetto.

VIII. Jn Annis Regni NIMRODI & Init. R. BELI Successoris.

I. Berof. II. Xenophon de Equino & in Epitaph. Nini. III. D. August. de *lib. 3. c. 1. Civit. D. lib. 18. c. 21.* IV. L. Krentzh. Obs. Chr. ex collatione Init. Regni *§. 4.* Nimrodi & Jnteritus Sardanapali. X. In

### IX. Jn Annis Regni BELI ad Ninum.

I. Berofus. II. Methastenes. III. Archilochus. IV. Xenophon.  
V. J. Func. In Chronolog.

### X. Jn Annis à DILUVIO ad NINUM.

I. Berofus. II. Xenophon (habens annos 299 compl.) III. Archiloch. de Temp. habens an. 350 ferè.

### XI. Jn Tempore cædis Cchamesenui sive Zoroastis Reg. Bactrian. Magi.

I. Berofus, qui Babylonius ipse Historiæ Babylonicæ optimè gnarus censetur. II. J. Func. In Chronolog.

### XII. JN NATALI ABRAMI, &c.

I. *Recta Ratio ex Sac. Script. quâ dissentientium rationes Confutamus h. m.*

Gen. 10. I. Tameſi Moſes 70 ætat. Terrachi, quo natus dicitur

ψ. 26. Abram, exprimat. Indè tamen, quia inter reliqua ſequeretur ſimul eò ipſo Nacchorem & Haranem, quib. nihilominus idem annus Genituræ ibidem attribuitur, evinci haud poteſt, licet etiam primùm aſſumatur, Abramum eſſe primogenitum ipſo ſc. ſeptuageſimo prognatum. Ità ut Moſes potiùs quò annò Teracch. cœperit progignere liberos videatur annotare, ut apparet ex V. 27. Vealleh &c. quotò v. quiſq. eorum in lucem editus ſit certò non definiat. Quale etiam Exemplum Moſes proponit Gen. 5. ψ. ult. quandò Noacchum anno ætat. ſ. centelimoquintò ait genuiſſe Schem. Ccham. & Japhet. cum tamen nec iſtò unicò annò ternos; nec, quia primùm heic nominatur, Schemum primogenitum eſſe, adeoq; hoc ipſo anno natum ſequens historiæ ſacræ Scriptura admittat. namq. Japhetù cor. natu majorem deinceps Moſes vocat. (ut ſuprà notavimus.) Nèc quicquam huc facere videtur, quòd tùm iſtâ primariâ aſſumptione ſeu nominatione Abræ tùm Historiæ de demandato itinere & Promiſſione Benedictionis ipſi & Semini ejus facta continuatione ſeriâ edocemur, Moſen non per Nacchor. aut Haran. ſed per Abramù Chronologiam Mundi, Gentis Judaicæ derivationem atq. etiam Meſſiæ proſapiam & propaginem tractare. Scopus. n. heic ad Chronologiam non ſpectat; & verò aliundè quoq. nempè ex c. 12. ætas Abræ dinumerari poteſt. Deindè Ordinem Dignitatis potiùs quàm Naturæ Scriptura Obſervat, priorè Digniori locum inter loquendum tribuens. De quo & Lutherus ex Auguſtino & Lyrâ monet. Quia. n. inquires, futurâ dignitate excelluit Abram fratres, ponendus fuit tanquam caput & Stirps generationis ſequentis. Apparet idipſum cap. 1. ψ. ult. cap. 9. ψ. 19. cap. 10. ψ. 1. Itèm Chron. cap. 1. ψ. 4. Ubi Schem naturâ poſterior pro dignitate ponitur priùs quàm major Japhet & Ccham Frater minimus. Dignior. n. is erat tùm Benedictione Parentis Noacchi tùm quia is futurus erat Gentis Hebrææ, è qua Abraham tandemque Meſſias venturus eſſet, parens, uti expreſſè cum & graviffimè Moſes vocitat (c. 10. ψ. 21, hu' abhi kôl-bnei hhegber, Hic Pater(elt) omnium Filior. Heber) & ſu-

Gen. 10.  
ψ. 26.  
  
Gen. 10.  
ψ. 21.  
Jbi. c. 11.  
ψ. 26. &  
cap. 12.  
ψ. 1. 2. 3.  
7.  
Enar. in  
Gé. c. 11.  
par. poſt.  
Gen. 9.  
ψ. 27.

& studiosè Chron. 1. §. 27. Indigitat, totius Historiæ sacrae finem eo non trans; inq; ipso ceu in principe termino posterorum Schemi seriem *den Inas* Hu' Abrahàm, iste est ABRAHAM, exclamando. q. concludens. q. etiam Schem futurus erat Melchizedeck, Rex Salem ipse in Typo Messias. At æquè ac Schem hinc primogenitus Noacchi nõ fit, nec statim 500 ætatis Patris annõ natus colligitur, ità nec Abramum primogenitum esse & statim 70. Patris Teracchi genitum videmus ullõ modõ hinc posse obtineri. Subvenit quidẽ Lutherus Concordationis Regulã, quã verbum Vajjõledh exponit per tempus plusquamperfectum, Et GENUERAT, ità ut Fratres Nacchor & Haran. antè septuagesimum annum, Abramus v. ipso 70 Patris & non primõ quidẽ sed ultimõ genitus esse videatur. Verũ Responso 1. sumenda est ex Argumento primo supra pro Notatione Natalis Abrami adducto. Ubi imprimis exemplo sit Filior. Noacchi generatio 500. ætatis Noacchi facta, de qua Locutionis formã eãd. utitur Historicus. At nullum ipsor. antè 500 años Patris, sed cum ijs & post illos annos eos genitos esse ex Scripturã manifestè ostendimus 2. Hebræis omne præteritum tam imperfectum & perfectũ quàm plusquamperfectum significat, nam ubivis unã operationis formã grammaticè utuntur. Quarè æquè perfecti vel imperfecti quàm plusquam perfecti temporis heic argumentum est, adeoq; sensus hinc prorsus dubius. 3. Licet ex Tempore & Obitus Teracchi, q. mortuus est in Charan, quũ vixisset annos 205, relato ad Tempus cæptæ Peregrinationis Abræ æt. 75. videatur hanc plusquam perfectam Significationem admittere Verbum illud, ut obtrineatur Abramum 70 ætat. Teracchi esse genitum. tamèn hæc sequela prorsus absurditate haud caret. Si. n. plusquamperfectum tempus accipis, omninõ oportet concedas & Abramũ æquè ac Nacchorem & Haranem antè 70 istum expressum nasci potuisse. itã. n. dicitur. cùm VIXERAT Theracch años 70, jã tũm GENUERAT illos tres &c. Etenim haud cogimur ultimõ natũ ad annum expressum & præsentem omninõ alligare, quũ non rarõ Moses inter referendum Rotundatione Temporum, ubi Rotundis Temporib. proximiora sunt, uti soleat. Veluti Num. 14. §. 34. dicitur: Feretis poenam iniquitatum vestrarũ 40 annos, quũ hoc tamen diceretur Ischraëlitis anno secundo post Exitum, ac proindè Poenam tulissent annos integros 38 h. e. circiter 40. Sic 400 Anni Peregrinationis nominantur Gen. 15. Act. 7. §. 6. quũ anni 401 vel etiam 430 essent dicendi, ut paulõ post in Defensione Anni primi Peregrinationis pro calculo nostro ostendetur. Cæterũ nec Diversa significationes in uno eod. vocabulo simul & semel locum habent. Ex quib. patet Natalem Abrami ex hoc loco sumi non posse, & liquet eum tantum ex 75 Peregrinationis cæptæ relato ad annum Obitus Teracchi Parentis producendum esse. Verũ Exemplo Generationis Filior. Noacchi in probationem adducto Dissimilitudinem obijcit Krentzheimius. Nos evidentem similitudinem utriusq. Generationis subilituim⁹ hanc. I. in An. 500 Noachi incipientis gignere liberos definit Chronologia temporũ, & transfertur indè ad annos ætat. ejus 600 & 601 propter memorabilem eventum Diluvij &c. Sic in Anno 70. Teracchi incipientis gignere liberos definit Chronologia temporũ & transfertur indè ad annos ætat. 205. Licet. n. Historia Egrediũs ejus cum Filijs ex Ur Chaldaeor. paulõ post superadditur, id tamen sit sine

Gen. 14.  
§. 18.

Ge. c. 11.

Vide su-  
prã in s.  
Dissens.

Temporis connexa annotatione, quæ differtur in An. Mortis ejus h. e. ætatis 205 propter memorabilem maximè eventum (qui heic mandatò repetitò excitabatur) Evocationis divinæ Abrami & Peregrinationis Filior. Iſchraël heic in Abramo captæ cum accepta omnium celeberrima promissione de Futuro Messia semine ejus, Benedictione Omnium Generationum Gentium. Gùm. n. propter geminam Promissionem, Spiritualem de Messia & Corporalem de Terra Canaan, tum propter integrâ Peregrinationem, cujus finis est Liberatio, Solemne heic fit Rerum Judaicar. J N I T I U M N O V U M, & Peregrinatio illa Patriarchar. in Fide clarissimè jactatur in S. Scriptura; Notaturq. non minus atq. Diluvij Universalis Eventus. Falsò igitur dicitur continuari Chronologia ubi intercurrit intervallum, quod totis 175 annis (proindè ut inter Generationem Noacchi & Diluvium Annis 100) particularium tempor. Notationem non habet. Ac æquè ut post Intimationem & Susceptionem Peregrinationis illius, itemq. Novi fœderis pactû per Circumcisionem centesimus Abrahami (Filij Teracch.) cujus Natalis ex Suscepti itineris saltèm Circumstantia respectu Notati Obitus Parentis manifestatur, notatur, quò genuit Isaacum, & rursus 60. hujus quò genuit Jacob. Sic & post Diluvium mox Centesimus Schemi (Filij Noacchi) cujus Natalis è finito Diluvio saltèm respectu Parentis præ Diluvio subducti (Gen. 7. v. 11.) & post Diluvium producti ex Arca (Gen. 8. v. 13.) ætate suâ Notati manifestatur, Notatur, quò genuit Arphaxad; & rursus hujus tricesimus quintus, quò genuit Schalaceh. &c. Justè Chronologiâ deductâ usq. ad Terrarum. Ut II. Jtâ utrobique eum interruptio Chronologiæ tum ejusd. per Reductionem eor. quæ ob Gravioris Historiæ Introductionem longius à terminor. finibus remouentur, Reilitutio, quâ utrinq. eadem viâ unâ cum Temporum mensura æqualis profapie Christi fiat deductio. Hac igitur Similitudine digitò q. Commonstratâ patet alterum Exemplor. alterius sensum rectè declarare.

II. Philonem & Josephum ex Comuni Lectione, Ordineque, & non vero intellectu Scripturæ, sicut & alios, Opinionem suam concepiſſe manifestum est; prout & cap. 8. Josephus Schemum, Cehamum, Japhetum Centum annis antè Diluvium natos esse ait indiscretè juxtâ cõmunem illam lectionem vero sensu interim latente, sicuti in reliquis nudè serè ordinem Moſis servare eum videmus. Plurima etiâ alia in concinnè recitat; quemadmodum falsè scribit Schemum duob. annis post Diluvium natum & Abramum ex Chaldæa profectum an. ætat. 75. cum ex Ceharan q. secundum eò tempore profectum esse scriptura dicat. meritò igitur argumentum hor. autoritate extractum, cum Scripturæ S. desit suffragium. repudiatur. Eusebius, v. (ut & Beda & alij) illos secutus cen. communi opinione falsò principiò, utp. 70 Teracchi pro Natali Abræ præsuppositò deceptus comparationem suam Historiæ Sacræ in Abramo cum profana in Nino & Europi Regib. Dinastiaque Ægyptior. perperam instituit. Errore etiam non mediocri Temporibus Nini tribuitur Abrami Natalis, quem Ninie temporib. deberi vel Conjectura evincit, quòd sub Ninia Sapientes Chaldæor. Allronomi, & Physici maximè floruerunt (nam alias nihil laude dignum egit Ninias) undè educatus est in istiusmodi scientijs Abram. in Chaldæa, ut etiam ear. peritissimus, à Josepho, & in reb. celestib. præstantissimo prædicatur à Beroſo, licet hic ipsum nò nominet, ut ait Jos. c. 1. Quare cõjectura hæc nostro calculo addita præclarè eum roborat.

III. Quòd

V. Obf.  
Chron.  
Krétzh.  
pag. 37.  
Gen. 15.  
Exo. 12.  
Actor. 7.  
Gal. 3.

Gen. 11.  
v. 10. 11.

Lib. r.  
ant.

Cap. 14.  
Cap. 15.  
Cap. 12.  
v. 4.

antiq.  
l. i. c. 15.

III. Quòd plariq. Patres à Diluvio, deficiente jam Hominum ætate, filios genuerint circa annum ætat. 30. non tanti est momenti, cum contraria sententia firmiora habeat. Dicim⁹, quò major & miraculosior actionib. divinis futurus erat Abraham, eò seri⁹ & citrà communem consuetudinem eum Teraccho prognatum esse.

IV. Potell v. ex S. Biblijs confirmari, quòd Deus vocarit Abramum statim post Obitum Teracchi nullà interposità morà, ità ut certus sit annus 130 Teracch pro Nativitate Abrami. Sciendum. n. primùm, Patefactionem factam esse Duplicem & Duplex Mandatum, sive modo per Schemum sive modò per DEUM ipsùm, de profectioe Teracchi & Abrami. Alterum factum est Teraccho & Abræ; Jbant .n. ex Ur Chaldæor. Lalachet 'arzah Kenaan, ad eundum, proficiscendum in Terram Canaan, Undè & Fontes triplici quod notat triplex Pasuk, integram scil. distensionem, caput XI. Claudunt, quò itius Capitis Relata, utp. Mandatum ad Teracch. & Abram, & profectio Abræ simul cum Parente suisq. distenditur & segregatur à Relatis sequentis Lectiois, & aperitur alterius singularis historiae materia, scil. Repetitio Mandati de peregrinando jtinere in Canaan ad Solùm Abramū, magnum istum Patriarcham Populi sancti; & Susceptio jtineris Abræ ex Ccharan porrò in Canaan, quod suprà ex Ur Chaldæor. susceperat. (Vides igitur diversa Mandata, ad quor. posterius non fuit diutius commorandum.) Et heic suffragatur etiam B. Stephanus inq. ὁ Θεὸς δόξης ὀφθῆ τὰ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραάμ ὄντι ἐν μεσοποταμίᾳ (pro Chaldæa, transposititiè, ut videtur ex Josepho) πρὶν ἢ κατεῖναι αὐτὸν ἐν Χαρραν. Ἐτασε, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, &c. Alterum sive Repetitum factum est Soli Abræ post Obitum Teracchi de continuando jtinere ex Ccharan, ubi confederant, in Canaan. Expresse .n. dicitur Abramum ad Mandatum ivisse Mæccharan, ex Ccharan (non ex Ur Chaldæorum) in Canaan quùm tamen etiam ex Ur Chaldæor. jvissent in Canaan. Licet Recapitulatio etiam superioris Patefactionis & forma Mandati ejusq. connexio cum hac altera in voce Mimmólatcha, ex Natali tuo (solo) (at in Ccharan peregrinus Abram teste & Josepho) cum è Domo Patris tui, agnoscat. Proindè Abramum jam antè Mortem Teracchi habentem Mandatum, & recens inculcatum in textu Moïsi contiguum post Mortem ejus excipientem (quemadmodùm & Josephus, & Nic. Damascenus, jtem M. Lutherus ibidem duplicem Abræ, subicendo tamen Teracchum, tùm mansionem tùm profectioem agnoscut) non probabile est expectasse in Ccharan aliquot annis ad continuationem usq. jtineris; quippè quùm nec amplius oblitaret pietatis in Parentem Senem religio. Cæterùm à 75 Abræ retrò pendet 130 Teracchi, annus Nativitatis Abræ, adeò ut quâ ratione Temporū Abræ ratio perturbata sit non videamus.

V. Neq; etiam, etsi statim obedierit Mandato Abram. aliquid contrà sententiam nostram videtur facere. Statim .n. ex Ur Chaldæor. ad Mandum Profectiois quidem fecit jnitium, & unà cum Parente & Fratrib. eundo in terram Canaan usq; in Ccharan pertingens, ibi cum Pater Senior ad iter persciendum impar esset, cum eo mansit & opi ei fuit usq. ad Obitū. tandemq; Reliquum iter perscicit, ità ut duplex ei Mandatum itemq; duplex profectio ac peregrinatio esset ceu apparet ex paullo antè dictis, & Josephus atque Augullinus admittunt; inprimis,

Astor. 7.

ψ. 2. 3.

ant. lib. 2.

cap. 14.

Gen. 12.

ψ. 4.

Gen. 11.

ψ. 31.

Gen. 12.

ψ. 1. 2.

ant. l. 7.

c. 15.

Gen. 17.

ψ. 31.

ant. l. 7.

c. 15.

De Civ.

D. l. 16.

c. 15.

B. Stephanus

Act. 7. B. Stephanus qui singulatim eas indicatis priorem, dùm inquit, Appar. Deus  
vers. 3. Patri veltro priusquam Translocaret ipsum in Ceharan; & rursus, Tunc  
Egrediens ex Ter. Chaldæor. κληθήσων ἐν Χαρεδών. Posteriore, his.

Κληθήσων, μετὰ τὸν ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετάνηκον  
αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. Nec  
verisimile est hunc Filium Parentem ita in senio mox profusis Solum (omnes  
.n. quos secum duxerat Teracch. usq. in Ceharan c. 11. ψ. 31. Abrahā porro  
secum abduxit in Canaan) deseruisse, aut ipsius etiam Dei Abram: vocantis  
hanc fuisse voluntatem. Per fidem Abram. jter instituit. atqui id non est sta-  
tim continenterq. jter absolvere; jmd v. futurum respicit, Firmā Eide Abra-  
mum obtinuisse fore sibi Terram promissam, Semenq; suum, quū nullum ad-  
huc esset, in tantam gentem evasurum.

VI. Non Potuisse a. Omitti 70 an. Teracchi, licet non indè Tempora nu-  
meranda, docet Exemplum c. 5. Gen. ψ. ult. Ubi Mosēn saltē tempus, quō  
incipiunt Patres gignere Liberos, interd. annotare non supervacaneum du-  
cere colligitur. Videtur etiam ex Ver. 27. non nisi ob instituendam Genea-  
logiam Liberos Teracchi, quā commodè ad Abrami historiam descendi  
posset, Mosēn Annum 70. & indè natos liberos annotare; quippè cui jam  
moris erat in Genealogijs, quo quisq; tempore ætatis Liberos cæpisset gigne-  
re, haud præterire silentiō.

VII. Neq; sequitur hiatus, in continuatione Añor. Mundi ex Mosē deducenda,  
ut ut añus ille 130 in textu nō expressè ponatur, cum añus 75 in  
Migratione, quæ præ nativitate principalis Historico tūm erat finis, expressus  
per subductionem sui ab anno Obitus Teracchi eum sufficienter notet & ma-  
nifestet, ut omninō sciri possit, quandō natus sit Abram. & añorum tela per-  
petua ab Adamo ad Abram & porro contexi queat hujus monstratō Natali.

Ge. c. 11.  
vers. 10.

VIII. Nec penè omnium ubiq. etiam Patriarchar. reliquorum annos Nata-  
les consignavit Mosēs, Solō exceptō Abramo; est .n. & Schemi exemplum,  
cujus nō minus Natalis nō nisi ex Centesimo ætat. s. año colligitur, cum ta-  
men citrà negligentia aut imprudentia notam per Retrogradam numeratio-  
nem facilis & integra pateat Chronologia.

De Civ.  
D. I. 16.  
c. 14.

IX. Undè quoq. nec absurdè, ut putat & Augustinus, reliquos ætatis &  
quidē majores annos posuisse Mosēs videbitur, ignotō primō sive natali;  
cūm & antea in annis Patrum idem fecerit historicus, & neutiquam, uti de-  
monstratum, Natalis ignotus esse possit, adeò ut mirum sit valdè pro Divina-  
tione certam aliquam Arithmeticam Operationem haberi, & multam in uni-  
ca numeri Minoris à Majore Subtractione Operositatem, quæ nulla est, docto  
L. K. (qui paulò post in Natali Josephi Filij Jacobi majorem non improbat)  
exprobrari.

205  
75  
130  
L. Krét.  
obf. Chr.  
lib. 1. c. 6  
Gen. 11.  
vers. 30.

X. Præterea nec locum habet Miraculum Abræ cūm Teracchum jam antè  
Abramum alios habuisse liberos ex dictis pateat, Abram. v. jam centenari⁹ ex  
Sara sterili haud dūm habens antea prolem, Sobolem adeptur⁹ erat, & jam  
plus Homo defecerat minoribusq; erat virib. quam Teracchi Temporibus.

XI. Quoad Veterem Ecclesiā, Augustinū & alios, Scriptura aliud docente,  
utī superiorib. demonstratum est in Spec. ab his opinione discessisse haud  
pecca-

peccatum est. Imò opponimus nos D. Hieronymum in Hebræis literis longè doctiorem, & annalium Hebræor. peritiorem, qui indissolubilem hanc quaestionem vocat nobiscum sentiens.

XII. De Vocubulo Mimmolâtecha cap. 12. v. 1. Respondem. ex Ver. 4. Ipsum Abram. non ex Solo Natali, quo natus erat, ad mandatum istud profectū esse, sed ex Ccharan, ubi tūm erat Bæth Abhiu Dom<sup>o</sup> Patris sui, ut habet v. 1. Undè colligitur istud Vocabulum saltem per Recapitulationē, ut suprā dictum, prisca Mandati, facti in Ur Chaldæor. ad colligendam & confarciendam integram profectionem Abræ repeti, & bifarij mandati diversor. locorū formam hic duab. vocibus pro recompensatione Historiæ à Mose præscribi.

Lic. 4.  
de q̄st.  
& Trad.  
Hebr.

*Quæ ad Locum B. Stephani Actor. 7. Inferunt  
Sic lituramus.*

I. Non opus est admonere Examinanda esse Acta ad Genesin, quùm B. Stephanus ipso ordine Mosaicò Rem narret, Primùm namq; Obitum Teracchi & hinc consequenter Emigrationem Abræ narrat, prout in Mose Narratio reperitur..

II. Undè nec pro sphalmate graphico nec pro opinione communi, quasi tempore Stephani Putarint saltèm Judæi Abram. amore Parentis mansisse in Ccharan donec moreretur; quùm tali modò & ordine ipsum Mosen historiam describere videamus.

III. Quòd Urbem Mesopotamiæ Ur nominat & 75 pro 70 ponit. ad alterum respondemus, Stephanum nō tam locum, ubi factum sit Abram. de Migratione Mandatū, quàm Tempus respexisse, scil. quòd tūm TEMPORIS factum sit ei Mandatū cū adhuc esset in Locis à Terra, quàm nunc inhabitent Iudæi, longè alienis, undè exordiendi occasionem sumit ad prædicationem Beneficij Terræ promissæ ipsis traditæ & ad exprobatorem mul-  
tor. Iudæis antè factor. beneficiorum in Ægypto in deserto, & alibi, ut ità ad Mosen vaticinantem de Christo & ipsum Christū promissum Messiam deveniret, & c. quin imò responderi potest, nō ità quoq; Loci ignarum fuisse Stephanum, licet Lingvâ tūm ardens laberetur ( saltèm

v. 2.  
v. 14.

D

.n. transpo-

ant. 1. r.  
e. 14. .n. transposuit loca in loquēdo, Ccharan namq. Urbs est Mesopotamiae, ut habet Iosephus) quippē qui statim id corrigat V. 4. dūm ait, Abramū ad Mandatum in Terra Patria sibi factum ex Terra Chaldaeor. migrasse. Ad alterum respōderi potest, 75 fuisse animas cum Iacobo communi opinione tūm inter Iudaeos traditum esse, Mosē v. usum esse Rotundatione Historicis interdūm usitatā.

Gal. 3. IV. Quōd Stephanus nō texat Chron. ait L. Krentzh. Respondemus; Etsi is non texat Chronologiam (quod quidē & ad Apostoli locum; de annis datæ Legis 430 propter datam promissionem Abræ de Semine ejus; qui aliās firmiter ad probandum retinetur, dici possit) ex ipsius tamen oratione Chronologiam hanc nostrā fieri posse æquē ac ex Mosē. Qui quū ipse etiam non ex instituto Chronologum sed Historicum modō agat, rationem Chronologiae texendæ prabet. Simili ratione & Stephanus eō locō Historiam scribit aut potius repetit; huiusq. Repetitio quā omnimodē cum Mosi Historia, quæ originalis est, conveniat, ceu suprā ostensum, Chronologiam nostram potest confirmare.

V. 31.  
V. 5. V. De Duplici Profectioe, ex Augustino & c. quis nō videt & in Historia Mosi alteram cap. 11. alteram v. c. 12. intelligi. Verūm hoc inter est, quōd Augustinus utranq. Migrationem ad locum Ccharan refert, quū alteram (priorem) ex Ur sive Terra Chaldaeor. alteram (posteriorem) post mortem Patris in Charan Mosēs factam esse doceat. Namq; cap. 11. dicuntur ex Ur Chald. ambo profecti; cap. 12. dicitur Abram. Solus ex Charan secum sumisse omnem substantiam, opes & sibi comparata animantia (animas) Ergō coloniam prorsus transtulit hac Profectioe in Canaan. hanc v. expedit, quū esset Filius seu Homo 75 aſor. cū jam mortuus esset Parens in Ccharan. Quare Mosēs & Stephanus omninō heic inter

inter se consentiunt, atque invitò Augustinò Abram.  
non 70 sed 130 an. atat. Patr. natum esse hinc demonstrari  
potest.

VI. Nec ejusd. Aug. ἀνερχόμενος locum habet. Neq.  
n. tali explicatione opus est, modò attendatur duplex  
Vocatio. Antè n. Vocationem mortuus est Teracch. at  
non primitùs datam, verùm soli Abræ Repetitam. Dein  
praterquam quòd Nota Pasuk triplex narrationem XII  
Capitis ab XI omninò segregat, repugnat etià Scriptura  
Mosis manifesta, quæ Terrach. non alibi locorum, ad  
quæ pòst migrationem ex Ccharan pervenerit Abram.  
sed in Ccharan (certù locum indicans, quò, pòst migrat.  
ex Ur Chaldæor. ad primam Vocationem, venerant)  
mortuù esse expressè profiteretur: Falsitate v. impudenti  
& absurdissimè dictum foret, Factum alibi pòst Migrat.  
quasi in Ccharan antè ipsam factum sit recensere. Imò  
id si verum esset, quoquomodo id repetendo attingisset  
in sequentib. quod per anticipationem dixisset in priorib.  
quippe quùm 60 annis pòst idem demùm accidisset.  
Tot. n. annis post Exitum ex Ccharan (si vera Augustini  
opinio) Teracchum mori oportuit, quem in Ccharan, Gen. 11.  
cùm ibi morarentur demortuù esse scribit Moses. Facit 31. 32.  
igitur heic Loci in Facto circumstantia, quò minus per  
Anticipationem Moses Factum narrare potuerit. Antici-  
patio. n. apud Historicos Rei gesta narrationem in  
Tempore saltèm per continuationem anticipat, salvis  
adjunctor. pro veritate circumstantijs.

VII. Versio ejusd. Aug. è qua distinctionem s. sumsit,  
falsa est. μετακίσειν. n. non simpliciter significat finalem  
aliquam, perfectà peregrinationem, collocationem. q. d.  
Stephanus, ut scribit Augustin. Postquam mortuus est  
ejus Pater heic eum finaliter collocavit. Sed significat  
μετακίσειν (à μετακίω) demigrare jussit, habitationem  
mutare cœgit. Ut ap. Arist. Oecon. μετακίσειν ἀλλὲς mi-  
grare

grare iussit eos. & ap. Matthæum μετακίσησιν habet significationem abducti Populi Iudaici Babylonem, quod capit fieri ejus Regis tempore, q̄ Iojachin & Iechonias appellatur Ioachimi Filius, Iosia nepos. Itaq; simul & abductionem primam & emigrationem de mortuo jam Patre factam, non tantum collocationem ΜΕΤΩΚΙΣΕΝ innuit, adeoq. distinctio prorsus non congruit.

VIII. D. Thad. Duno responderi. 1. potest eod. quo jam Augustino, modo de Vocabulo ΜΕΤΩΚΙΣΕΝ. Deinde 2. ne verbum quidem fit in Mose de eo, quod Abram. redierit ex Canaan quandoq. Patrem in Ccharan relictum invisendi gratia. Quin imò omnes illos q̄ cum Teracch. ex Ur profecti fuerant, inter quos primarius Abram. una cum eod. ibidem confedisse & habitasse supra arg. 3. in Sp. probavimus. imò v. & opes &

Ex Gē. 11  
v. 31.  
c. 12. v. 5.

animas h. e. homines & animalia cum collegisse per aliquod tempus scribitur, adeo ut hæc sententia Mosis prorsus sit contraria. 3. Præterea absurditates consideremus. aut .n. prorsus solum reliquit Patrem in Ccharan, nam cum omni Substantia & om. cum familia in Canaan venisse dicitur, quod summam esset impietatem in Parentem statuere de Viro tam sancto & Duno ipsi improbatum. aut reliquit eos omnes cum Teraccho (namq; non abduxisse secum in Canaan scribitur antè Mortem Patris, sed postquam mortuus is ibi esset) adeoq; prorsus solus in terram peregrinam jverit. quod est absurdissimum, (ut supra a not. arg. 4.) quodq; ignorat omnino Scriptura. Applicandum huc quoq; est argument. s. supra citat.

IX. Sed & Angelocrator videndus est. Vox ΜΕΤÀ, inquit, non significat Post sed circa vel Sub & c. Ecce. v. ut victos, in sententia tamen pertinaces, quomodocunque juvet aufugia querere cum absurditate in Lingvas & Scripturam. Probandum ipsi prius erat aliter ΜΕΤÀ esse Circa vel Sub lata in significatione, quàm paulò antè  
præ-

præcedens tùm paullò post subsequens tempus inferat,  
 & Heic antecedens quoddam tempus significare, (quod  
 omninò negans) & non potiùs concurrens vel magis  
 cohærens aut continuè consequens. Namq; quod de  
 Saalthiele dicitur Matth. I. Ibi METÀ non Sub antece-  
 denter significat sed INTRA concurrenter vel adharen-  
 ter; nam durante Captivitate natus est Salathiel. atq; ità  
 & nos Mortem Teracchi & Profectionem Abrà unà po-  
 nimus uno eod. anno. Vel potiùs significat pòst, nimir.  
 Pòst ΜΕΤΟΙΚΕΞΙΑΝ inceptam & permanètem; jmo.  
 v. dicimus Matthaũ Rotundatione Temporis uti. Cum  
 .n. rursus ex Carcere eveheretur Iechonias, jam tùm  
 instabat finis universalis Captivitatis, atq; tùm natus est  
 Saalthiel. Sic. n. Philo scribit. Mox liberato Heri (Iecho-  
 nia sc.) datus est à DEO filius Mesezebel cognomento  
 Sealthiel, &c: cujus & Filius Barachias statim solutà  
 Captivitate Dux populi à ducatu eo dictus Zorobabel.  
 Tandem recti⁹ etiam dicimus Matthaum Captivitatem  
 Babylonicà ducere à tempore abductionis ipsius Iecho-  
 nias usq; ad Evectionē ejus è Carcere, idq; ex Ezechiele.  
 Nam in Iechonia addijt ἐπι τῆς μετακείρας Βαβυλῶνος v. II.  
 aut loquitur de ΜΕΤΟΙΚΕΞΙΑ seu Captivitate Iecho-  
 nias, quã solutã h. e. pòst METÀ Captivitatem, natus ipsi  
 sit Sealthiel. De ipso v. Iochonia non dicit, quod in  
 Exilio natus sit, sed circã exilium, ubi nota Evangelistã  
 non METÀ dicere sed ἐπι. Ac quid multis? Certum est  
 ex hoc loco Matthai vel jnitium vel finem Captivitatis  
 Babylonicæ non rectè probari, sed tantùm temporis  
 Circumstantiam in genere vel superficialiter ijs additis  
 clausulis in Generatione Regum Evangelistam notare.  
 adeò ut ceu pro professã numeratione istius Historiæ nõ  
 laborandum sit, n significatione ἔπι vel ἔξ METÀ, quor.  
 utrumq. in vulgari suo & communi significato consistit  
 optime. Et hac de primo Exemplo arg. I. adducto.

Lib. 9.

Cap. 1. 8.  
20. 24.  
26. 29.  
30. &  
seq. aliq.

Ad alterum ex Actor. 13. de Voce METÀ in numeratione Iudicum, Respondemus. Primum perversio Scripturæ manifesta est, estquæ amphibolia in voce Iudex vel Iudicare. Triplex .n. est in locis Vocabuli ejusd. significatum sive Vis. In posteriori quidem loco Actor. 7. Mofes se arbitrum discordantib. spontè obijcit, Iudex nond. constitutus, undè & repulsus est ab injuriante dicente, **Quis Te constituit Principem ac Iudicem inter nos?** Sed hoc Iudicum genus ad quæstionem non pertinere quilibet intelligit, cum fortè talium numerus inter Israëlitas potuerit esse innumerabilis, sicut ap. nos fieri potest, ut quoties inter duos dissidium, toties tertius, qui arbitrio suo litem dirimat, possit accidere. Sed magis imponere alicui potest Exod. 18. Mosis ad Iethronem oratio. Sciendum v. eò locò Vocab. Iudicare generalem habere significationem, quâ omnis magistratus, omnes Principes & superiores in genere Iudicare dicuntur, quilibet suo modò, suis in terminis. Sicuti in Civitate & Consul & Iudex casar. sunt Iudices, sed diversâ ratione. Sicuti & in Atheniensi & Romana Rep. diversi Iudicior. & iudicum fuerunt status & ordines. Sic in Populo DEI Mofes non saltem & Iosua, sed & Capitanei Classici quos ordinat Mofes Exod. 18. *ψ.* 15. 26. Sic ipse Samuel, quem Evangelista à numero Iudicum disertè excludit, Iudicat Populum Israël 1. Sam. 7. vers. 6. 15. 17. Omnibus dieb. Vita. Sic Iudices erant & dicebantur Filij Samuelis ex constitutione ipsius Parentis. sic Iudicabant & Reges. Hoc igitur Significatum si in Loco Actor. admittitur perperam Evangelista exclusit Samuelem (inquit. n. *εἰς* Samuel) & ejus Filios itemq. Reges, falsòq. dixerit circiter annos 450 Deum dedisse IUDICES quum debuerit numerare ad annos fortè 955. nam Reges Iudæ ferè ad captam Hieroso-

1. Sam. 8.  
*ψ.* 1. 2. 3.  
 6. 20.

Ierosolymam à Nebufardan. Nebuchadnezaris Iudica-  
 runt annis 505, de quo expeditiùs suo loco. Sequitur v.  
 absurdum hinc sacris Annotationib. maximè indignù.  
 In Tertia Significatione Vox IUDICUM intelligitur de  
 Singulari Superioritatis genere in Populo DEI, quod  
 hoc nomine à reliquis tùm antecedentib. tùm sequen-  
 tib. Magistratib. distinguitur, utp. hæc distinctio expé-  
 ditè et. ponitur in hoc ipso Actor. capite, ubi antè Sa-  
 muelem Iudices, quos sequutus Propheta (Samuel) postq;  
 eum Reges ipsis datos appareret. Nam dicit Textus post  
 Iudices & Samuelem Populum rejecisse Iudices & Sa-  
 muelem & Regem sibi petijisse. Ecce Iudices, Samuelem  
 & Reges fuisse Iudices probavimus jam antè, & tamen  
 heic inter se discreti sunt. Hocque discrimen non mi-  
 nus in Vet. Test. fundatur, cum I. Sam. 8. Ischraëlitæ  
 Rejctis IUDICIBUS petunt Reges ut sint & ipsi  
 Reliquis Gentibus non inferiores. & de his IUDICIB.  
 loquitur Evangelista in Actis ad quos Moses & Iosua,  
 non pertinent Scripturâ concedente. Nam Moses  
 propriè non Iudex datus est Israëliris sed Propheta &  
 Dux, ut videre est Exod. 3. & 7. & in tota eDuctione  
 Ægyptiaca; similiter & Iosua, qui in Mosis locum  
 surrogatus Ducis vicem obijt, ut Populum DUCERET,  
 sicut Moses ex Ægypto in Terram promissam.

II. Proindè ex hac æquinoctione IUDICUM seu  
 Iudicij absurda etiàm sequitur tùm Sensus Scripturæ  
 (quæ disertè discernit inter Iudices, Prophetam &  
 Reges) tùm ordinis antiquissimi in Codice sacro Ori-  
 ginali Confusio. Scorsim .n. is Mosis Ducatum de-  
 scribit libris. 5. singulari scorsim Iosuam tractat libro,  
 scorsim [posteund.] Schophetim Iudices librò peculiari  
 sic etiàm appellatò. scorsim Samuelem. scorsim jctem  
 Reges. libris duobus.

III. Com-

### III. Committit a. Angelocrator etiam Paralogismum

Compositionis & Divisionis. Nam quæ Evangelista distinguit, ipse componit. Distinguit v. Moſen & Joſuam à Judicib. diſertè. namq; dùm eductionis ex Ægypto, & manſionis 400 annor. in Eremo, ſic delectationis Gentium in Canaan meminit, Moſen utiq; & Joſua unà intelligit, nam his interſuiſſe eos Duces primarios nulli eſt dubium. Hos igitur antè Distributionem terræ promiſſæ ponit, nam non niſi ijs factis & actis Terram diſtributam eſſe ajt. JUDICES. v. poſtponit Distributioni, utp. Termino à quo, ſicuti & Regum Petitionem ad quos collimat Pauli Oratio.

IV. Uſus etiã eſt fallaciã à Dic. ſec. quid ad dict. ſimpl. Non.n. ἀπλῶς ἀκαθολικῶς de omnib. Magiſtratrib. Iſchraëlitar. loquitur Apoſtolus eo capite, ſed de ijs ſaltèm quos in Terra Canaan jam Occupata & diſtributa Deus iſtis dederat. Namq. nec Moſen nec Joſuam, cùm hi aliàs in Scriptura maximi ſint, inducens, Deum ipſum eos duxiſſe ex Ægypto, in Eremo tuſiſſe, gentes expulſiſſe & Terram iſtis diſtribuiſſe ajt. poſtea & Magiſtratum ibidem eis conſtituiſſe nempè Judices, hiſq; Rejectiſ Reges, inter quos David, è cujus proſapia Jeſus, iſtis dediſſe.

V. Verùm ruriſ de Vocabulo μετὰ duplici viã Grammatico grammaticè occurremus. I. Vox μετὰ conſtruitur omninò aut cum Genitivo aut cum Dativo (ap. Poët.) & ſignificat Rei alicujus præſentiam & ſocietatem ſivè cõjunctionè, ut μετ' ὀργῆς ποιεῖν τὰ cum ira aliqd facere, μετὰ Φιλίππου bellum gerebant. aut conſtruitur cum accuſativo & ſignific. Tempus aut ordinem conſequentiæ. & hoc quidèm aut Succèſſivè ut μετὰ πρῶτα πρῶτα ποιοῦμεν. Post facta prudens, δρίση μετὰ τῆν ἑσπῶν πολιτῖα. Optima ſecund primam Politia. aut concurrenter, ut μετὰ Ἀετρεγῖ διΨη. Post balnea ſitis. Priorem ſignificationem nemo huc referet, qvùm accuſativo in adductis locis expreſſus ſit in μετὰ ταῦτα, in Oratione v. Stephani ipſa ſententia Temporis Obſervantiam inferat. Altera igitur Significatio aſſumatur oportet; idq; intelligendo aut ſuccèſſivè, ut nos Post Obitum Teracchi Abramum profectũ volumus, aut in concurrentia continuitatis, ità ut mortuò Parente profectionem nõ diſtulerit, ſed mox continuaverit, qua de re ad Obitum Teracchi unò eodemque annò profectionem Abrami Notavimus.

2. Deindè datò & q. μετὰ ſit ſub vel Circà, tamen quòd μετ' ΑΠΟΘΑΝΕΙΝ redditur Ingraveſcente ætate, q. cùm moriturus eſſet, Paraphraſis eſt inconveniens; non .n. textus futurum iſert, qvùm Stephan. Tempore infinitivi præſente utatur, aliàs dixiſſet μετ' ΑΠΟΘΕΝΗΞΕΘΕΩ. Tantã .n. ubertate Lingva Græca prædita eſt, ut Temporis de tempore, uti aliæ quædam Lingvæ. mutatione non egeat. Sonat. a. μετ' ΑΠΟΘΑΝΕΙΝ Sub vel Circà Mori (Teracchum) h. e. cùm moreretur, non v. Sub Moriturum eſſe (ipſum).

VI. Inſuper v. hoc quoq. reprimit ſubſidium Angelocratoris, quòd Græci pro Tempore indefinito ſemper ferè utuntur adjectione particule ὡς pro Circà, non præpoſitione μετὰ, ut bis patet ex hoc Actor. Capite.

VII. Hòc aſſumptò ſequitur Abſurdum in Pietatem Abrami, hunc ſcil non modò ingraveſcente ætate, cùm haud longè poſt moriturus eſſet, ſed Parentem

tem

tem quàm moreretur, & vel agonisantem deseruisse. Cùm tamè tanti Viri pietas, si Senio confectum ex mandato DEI peculiari Solum relinquere, certè Morientem Patrem deserere nullo modo concedere videatur.

VII I. Addimus v. ad hoc *ἡ ἀπεργεῖαν* aliam. Nempè datò eò, quòd autè Mort. Teracchi sit profectus Abram in Canaan, quùm nec sexagesimus, nec 50 nec 40 vel alius annus antecessioni expressè assignetur, seq, Abrami tanti Patriarchæ prædecessoris Messæ principalis Natalem in S. Lit. non extare, cùm non solum Abramo 70 Teracchi ascribatur sed simul & ipsius Fratibus. Hinc ratio temporum Abræ perturbabitur, datoq; hiatu immenso tota corruet Annorum Mundi Supputatio. At quomodò, inquis; numerabis & undè illos Iudicum años 450, quùm à Terra distributa ad Samuelem tantùm sint Anni 349? Respondemus, intereà, donec ad eum locum Iudicum Chronologicà Operatione pervenerimus, aut cõcede Dn. Luthero, Funcchio, Perkinso &c. *ὅτι τὸ Φάλμα γραφικὸν*, proq; *τεταρισίοις* positum *τεταρισίοις*. aut pro integra annor. 450 denumeratione Dn. Krentzheimiò Consule Observat. Chronolog. lib. 1. cap. 11. §. 5. Et Hæc pro Suffragio B. Stephani.

Porrò inter Dissidententes errant. 1. LXX. Interpret. ex falsa Versione, quæ antè & post Diluv. usq; ad Abram. Fontes plarunq. Centenariò excedit. 2. Marianus Scot. quòd inter Patres ponit Cainan ex Luca, deceptò à LXX Interpretib. aut eor. depravatione, ut suprà declaravimus. 3. Dn. Luthero frustra 60 anni propter extremum diem ( qui tamen his etiam datis incertus manet ) intercidisse videntur, quùm hi ex collatione 75 ætat. Abræ & anni Obitus Parentis integræ ætati Terracchi includantur, adeoq; haud ullum Magisteriale ad concordandum annos 75 & Abræ & annos 205, quib. vixit Teracch. artificium requiratur, sed perfacilis restet via ex arg. 1. suprà de Nat. Abræ.

Cœterùm opponimus post R. Rat. nobiscum  
Sentientes, ut sunt.

- II. D. Hieronymus de Quællionib. & Traditionib. Hebraicis Tom. 4.
- III. Cl. Mar. Victor. Massil. Com. in Gen. cap. 3. Abramum post mortem Teracchi ex Ccharan profectum statuens.
- IV. M. Lutherus seipsum emendans Enar. in Gen. c. 5. Nativitatem Abræ ibi comparans Nativitati Sem. in primis v. Gen. 22. in sine ferè; ubi Supputationi Lyre assentitur, & à Stephano se moveri etiam magis affirmat, indeq; sequi annos LX. esse addendos ad ætat. Abræ.
- V. Joh. Calvin. Cit. Aug. Marlor. VI. Matth. Beroaldus in Chronol. nam ab Año Diluvij ad Nat. Abræ colligit is An. 352. cõpl. Nos. 352. In cõpl.
- VII. Laur. Codomannus in Analib. Chronologicis. VIII. Joh. Piscator in Com. In Gen. IX. Nic. Raym. Ursus Dithmars. de initante Fine M. Probl. z. Memb. 2. Thef. 2.

### XIII. Jn Directione An. 75. Proficiscentis, jtem 86.

gignentis Jſmaëlem; jtem 99. Circumciſi Abrami;  
& 13 Jſmaëlis. Circumciſi.

#### S. Scriptura & Recta Ratio indè producta, ut docet

Regula & Ratio Syntheſeos ſtatim in Primo Speculo inculcata. Jtem Ratio Notationis ſuprà in Chronologia unicuiq. horum exemplo addita; q̄. n. Phraſis locutionis uſurpatur in Notatione 75 Abræ, ead. in reliquis poſitis exemplis retinetur. Anni v. 10. Peregrinationis, quib. Hargar juncta Abramo completi & integri quidè ſunt, quia manifesta eſt deſcriptio, ut monet Rat. Syntheſeos. II I. Jn primævo Speculo tradita. Verùm Anni peregrinationis Annos ætatis dirigere non poſſunt, cum hi à puncto Nativitatis, illi ab jnitio jtineris vel profeſſionis, adeoq; utriq. à diverſis principiis pendeant; præſertim cum utrobq. diverſa Notationis habeatur ratio. Anni n. Peregrinationis completam (Mikkaz) Anni v. ætatis incompletam habent, ut probatur per Ration. Notationi additam.

#### XIV. Jn Vocatione Profeſſioneq; Abræ ac Facta Pro- miſſione ſeparatim Notandis.

Phil. Melanth. antea qua conjunxerat poſtea lib. 2. de Abramo & de Circumciſione numer. 15. videtur ipſe ſeparare. Reliquor. hallucinatio Rat. Notat. patet.

#### XV. Jn ANNO PEREGRINATIONIS PRIMO & Initio Annor. 430.

I. Recta Rat. ex Moſe &c. Gilberti .n. Genebrardi, jtem Thad. Duni &c. Opinionem reſutant M. Luther⁹ in Gen. c. 15. Ab. Bucholc. in Iſag. & luculenter inprimis L. Krentzheim in Obſervat. Chronolog. jtem Dan. Angelocrator in prodromo Chronolog. ad quos Lectorem remittimus. Nos breviter ſic reſpondemus, i. ad loc. Gen. 15. Verum eſſe, Indigationem plagæ & Servitutis in Ægypto propriè Semen Abr. (non ipſum Abram.) ſpectare. At Scriptū eſt in Iſaac vocabitur Tibi Semen. ab eo igitur hi anni numerandi. Deinde ſi retrò ab Exitu ex Ægypto rot anni numerantur, Principium eor. non cadit in Tempus Servitutis in Ægypto ſed in Canaan, & in proximos años (quintū ſcil.) à nato Iſaaco in Canaan, in quo vocatur Semen Abræ: nam hic natus an. 405. antè Exitū ex Ægypt. Ideoq; recte dicit Moſes 400 añs afflicti erunt,

Lib. 1.  
cap. 7.

erunt, Rotundatione numerationis quinario numero  
rotundo centenario numero incluso. Manifestum igitur  
hinc años illos 400 non tam Servitutem illam in Ægypto  
quam Peregrinationem, extremam illam in Ægypto Servitute  
expletam, quam Peregrinum (gar) fiebat Semen Abrami,  
concernere. Contigit a. illa Peregrinitas jam tum in  
terra Canaan; Gen. 17. v. 8. Et dabo Tibi & Semini tuo  
post Te Terram Peregrinationum tuar. Meghareicha,  
Terram omnem Canaan &c. Quare inde Peregrinatio-  
nis initium ducendum, & aptissime scripsit Bucholcer.  
Quod dicitur Gen. 15. Affligent eos annis 400. non intel-  
ligendum esse, quod in illa servitute 400 annis servierunt:  
sed quia scriptum est. In Isaac vocabitur Tibi Semen &c.  
Incoatur v. hac Peregrinatio in Canaan non a Filio Isacco,  
qui a Patre jam peregrino peregrinans in loco nascebatur,  
sed ab Abramo Patre, quia ex patria terra Mimmolato a  
Deo vocatus accepta solemnique promissione primus Pere-  
grinus fiebat & peregrinabatur in Canaan. Qui jam tum  
declaratus erat Pater Seminis sui h. e. Populi Israhelici,  
sicuti Epistola ad Hebraeos dicit, Levi decimatum a Mel-  
chizedeck quum adhuc esset in lumbis Abrae. Abram. n. q.  
per promissionem erat Pater hujus Populi, cum solus de-  
cimaretur, decimabatur ejus tota Posteritas. Afflicta (in  
Ægypto) posteritate Abrae, affligitur ipse Abram. & ta-  
men circa finem, quum proxima esset liberatio omnia  
perturbatissima & miserima fuerunt. Hac Luth. Quo  
circa ab illo primum verum peregrinante anno arat. 75.  
Peregrinationis & Annor. 430. Exod. 12. & Gal. 3. ex-  
presior. Principium ducendum, id quod etiam calculo  
veriori respondet, sive ab hoc principio porro sive a ter-  
mino Exitus eum retro ad illud Princip. vid. 75. Abrae  
instituas. Producentur. n. 430 Anni, adeo ut Moses toti-  
dem hoc principium respiciens recte expresserit in Exodo;  
in Genesi v. Seminis principium spectans non minus congrue

Gen. 15.  
v. 13.

Isag.  
Chron.

Luther.  
Gen. c. 15

400 solum años posuerit, quod & D. Augustin<sup>9</sup> quidem innuit. Ad Loc. Exod. 12. v. 40. respond. ibidem Moſen *συνεργουχίμας* loqui & partē toti includere. jungit .n. peregrinationem in Canaan Exod. 6. v. 4. & peregrinationē in Ægypto; nam utraq; mutuò sibi conjuncta sunt. Semen .n. Abræ peregrinum in Canaan, peregrinum continuè factum seu peregrinatum est in Ægypto, & contrà, quod peregrinū fuit in Ægypto, peregrinū & retrò fuit in Canaan, quousq; utraq; peregrinatione copulata invicē (215 scil.) añi 430 numerari possunt. Exprimit item totū per partem. hoc. n. Temp<sup>9</sup> refert ad Filios Jſchrael, quia ultimū Semen Abræ quod affligi debebat, ut monstrabat ei Deus Signo pet maētata Animalia & Aves devorantes, proximū stipitē habebat Jacobū seu Jſchraelem, & in hac Afflictione ultima perficiebatur Peregrinatio Abræ & Seminis ejus. quoniam ite n. Luth. in merus in ead. afflictione complet<sup>9</sup> est, licet nō ibi universus peractus, ut rectē Bibl. & docet Augustinus de Civ. D. lib. 16. cap. 24.

Gen. 17.

γ. 9. 10.

11.

Luth. in

Bibl. &

En. in

Gen.

*Addimus nunc Scriptores consentientes, ut sunt;*


II. Joseph. antiq. lib. 1. c. 15. & lib. 2. c. 13. III. Philo Jud. à Nat. Abrami usq. ad Lign. Temp. & Exitū colligens 505 h. e. 75. & 430. IV. Cl. Mar. Vict. c. 3. Gen. V. LXX. Interpretes in Translatione Exo. 12. VI. D. Aug. de Civ. Dei lib. 16. c. 18. & 24. VII. Epiphani<sup>9</sup> in Ancorato ab an. 75. Abræ ad an. 80. Moſis colligens an. 430. VIII. Euseb. in Chron. jtem de præpar. Evang. ex Polij histore ab an. 75. Abræ ad Descēsum Jacobi in Ægyptū colligens años 215. à quo descensu rursus Epiph. in Anc. colligit totidē años, q. geminati proferūt 430. IX. Ven. Beda. X. Cedren<sup>9</sup>. XI. Zonaras. XII. Glossa ordinaria. XIII. Sulpitius Sever. XIV. M. Luth. Gen. c. 12. & 15. Ubi tūm propter eund. finē tūm propt. propinquitatem utriusq. Invicē Profectiōē ex Ur pro ea, q. ex Ccharā, ponit, q. etiā in Moſe fit. ut supra dict. XV. Matth. Beroald. in Añis Mundi. XVI. Laur. Codoman. in Añal. An. M. XVII. Gerh. Mercator. XVIII. Abr. Büchole. in Jſag. Chron. XIX. L. Krentzh. Obs. Chron. XX. Dav. Origan<sup>9</sup> in Introd. Ephem. XXI. Dan. Angelocrat. in prodromo.

XVI. In DISTANTIA PROMISSIONIS & à Fine Diluvij jtem. XVII. In Temp. Circūcilionis &c. Dissentientes errant ex Natali Abræ pperam in 70 act. Teæacchiposito. XVIII. In Digestione, 1. Residentiæ, 2. Migrationis & 3. Reditus Abrami, errorem ostendunt Scriptura Moſis & Josephi, jtem q. Rationes nostræ Conjecturabiles suo loco adductæ.


In Statuendo Initio Rerū Judaicar. ac novo Ecclesie Seculo & Statu. M. Luth. Com. in Gen. Tom. 2. in p̄fat. cap. xi. agens de nova Ecclesia nascente cum Abramo videtur apprime respondere.

FINIS.










in  
C  
H  
E  
P  
F  
p  
al  
v.  
al  
co





Farbkarte #13

B.I.G.

LEPSIS  
afstica

ORUM  
OLOGISMO.n.  
DISSENTIENTIUM,  
NSSENTIENTIUM. illeic  
tor. Principalior. eund.  
Appositione, heic unà  
Eorund. CONFU-  
NIS' Oppo-  
tione.

LO SECUNDO  
NANIS AETATIS  
IS MUNDI  
TERIS

UNCTA.  
SILESIIORUM.

temefferiano.  
C. VIII.

4

